E Libris Biblioth. Coll. Reg. Medicor. Edinens.

PHARMACOPOEA DANICA

REGIA AUTORITATE

A

COLLEGIO MEDICO HAUNIENSI

CONSCRIPTA.



FRANCOFURTI ET LIPSIAE

MDCCLXXXVI.

R55717

PRAEFATIO.

Ex quo ſtabilito a Rege CHRISTIANO SEXTO glorioſiſſimae Memoriae *Collegio Medico Haunienſi*, inter alia novam Pharmacopoeam conſcribendi officium impoſitum fuit, varia nobis oblata fuere Schemata, quae tamen plures ob rationes publici juris facere merito haeſitavimus. Antiquis enim praejudiciis et praeconceptis vulgi opinionibus obvoluta Ars, multa admittere ſuadebat, quae Medicorum rationalium juſtam cenſuram merito incurrerent. Arduum vero erat opus, Hydram hancce protinus oppugnare. Lentam ſuadebant feſtinationem & conſuetudo inveterata, & cauta modeſtaque apprehenſio, ne Publico obtrudatur Opus, Seculo noſtro in omnibus, noſtra vero inprimis Scientia inclareſcenti, minus dignum. Ae-

qvus judicet Lector, an ſcopum attigerit Collegium noſtrum praeſenti hac PHARMACOPOEAE DANICAE Editione, quae quamvis Codicem Pharmaceuticum multo contractiorem, limatiorem, concinniorem exhibeat, tantum tamen abeſt, ut omnibus numeris abſoluta pronuntiari poſſit, ut potius plura adhuc diei poſterae & corrigenda, & eliminanda relinqui, lubenter confiteamur. Quocirca & Medicos noſtrates, & Exteros amice hortamur & precamur, velint ea, quae ad ulteriorem Operis perfectionem neceſſaria et utilia ipſis videantur, benevole nobiscum communicare, eum in finem, ut in nova forſan adornanda Editione, illa in noſtros & publicos uſus convertere poſſimus.

IN duas diſtincta eſt Partes noſtra PHARMACOPOEA. Prima exhibet Materiam Medicam, quam PHARMACEUTICAM vocamus, quia non omnium, ſed eorum Simplicium enumerationem continet, quae in noſtra penu pharmaceutica aſſervanda cenſuimus. Non vero ſimplicem modo Catalogum, verum ſic adornatum ex optimis Materiae me-

dicae

dicae Scriptoribus conquiſivimus, ut & Medicis ad Scrutinia Pharmacopoliorum, & Pharmacopoeis ipſis utilis ſit & neceſſarius.

SEQUENTEM autem in enumerandis Simplicibus obſervavimus Methodum; Adduximus Nomen ſic dictum Officinale: Nomina Vernacula omnis, quantum fieri potuit, Danici, Norvagici, Lapponici &c. idiomatis, & Germanica. His ſubjunximus in Regno Vegetabili Nomina trivialia Illuſtris de LINNE; non qvod haec ad dignoſcendam Speciem ſufficientia credamus, ſed ad facilitandam hujus in majore ejusdem Autoris de Speciebus Plantarum Opere, in quo Nomina illa trivialia ad margines notata offenduntur, explorationem. Quibus praemiſſis ſequuntur Caracteres ſenſus potiſſimum ferientes, Saporis, Odoris, nec non Figurae cujuscunque fere Simplicis; Locus natalis; Tempus collectionis, & inprimis Notae Bonitatis; in quibus aſſerendis forte prolixiores hinc inde videbimur, quam tamen incuſationem incurrere maluimus, quam contrariam.

NE vero Operis perfectioni, quantum Noſtrum intereſt, aliquid deſit, citavimus circa finem deſcriptionis Vegetabili-

um indigenorum, Magnificum & vere Regium Opus, ubique tam per Munificentiam Summi Statoris, Regis FRIDERICI QUINTI, glorioſiſſimae Memoriae, quam aeque Magni ac Benevoli Litterarum & Scientiarum Promotoris, Regis noſtri Clementiſſimi CHRISTIANI SEPTIMI, in noſtris terris obvium, FLORAM ſcilicet DANICAM, ab Illuſtri OEDERO noſtro adornatam, cujus reliqua pariter, occaſione ejusdem Operis edita & adhuc edenda Scripta Botanica, Medicorum noſtrorum & Pharmacopoeorum attentae perluſtrationi iterum iterumque commendata volumus. Indicata ſcilicet fuit Icon, quae Plantam in FLORA DANICA exhibet.

CIRCA Mineralia & Animalia, partim citatum Illuſtrem de LINNE, partim Celeberrimum WALLERIUM ſecuti ſumus.

MULTA, imo egregia ad perficiendam *Materiam Pharmaceuticam* contulit Celeberrimus P. G. HENSLER, Medicus

dicus provincialis Regius Altonauienſis, Collegii noſtri Adjunctus, qui ea, quae per plures annos circa Notas Bonitatis Simplicium, ex optimis Autoribus ſummo ſtudio conquiſivit, benevole nobiscum communicare non dubitavit.

Altera Pharmacopoeae noſtrae Pars circa *Medicamenta compoſita & praeparata* verſatur. Parciores fuimus in prioribus, quamvis largiores quam Londinenſes & Edinenſes. Etenim opinamur, Medicis rationalibus & vere doctis, genuinam Materiae medicae aliarumque ad Artem ſalutarem neceſſariarum Scientiarum cognitionem, copiam ſufficientem ad conſcribendas Formulas ſuppeditare: Agyrtis vero, iisque, qui prope Aegrotorum Lectulos demum ad Libros Formulares confugiunt, non ſcribimus.

Antiquas quasdam, ob ſupra dictas rationes, reluctanter retinuimus Compoſitiones. Mutavimus alias; novas plures ex optimis Codicibus pharmaceuticis, aliisque Autoribus, aut pro-

pria Experientia adoptavimus. Aliquae occurrunt Formulae, quae recentem, dum praeſcribuntur, exigunt Praeparationem: Has Aſteriſco (*) notavimus.

Chemicarum Praeparationum rigoroſius Examen iis Noſtrum debemus, quorum expertum & probatum his in rebus eſt Judicium.

Adjecimus *Taxam* ſic dictam, Pretium Simplicium et Compoſitorum Pharmacopoeae noſtrae determinantem. Duplex illa eſt: Alia pro Regnis Daniae et Norvagiae; alia pro Holſatia et Comitatibus; cujus diſcriminis ratio ultro eluceſcit.

Sic tandem, non ſine labore et difficultate, perfecimus Opus, dudum in noſtris Terris deſideratum, et nunc eo magis neceſſarium, cum hoc ipſo tempore placuerit AUGUSTISSIMO REGI, novis, iisque Sapientiſſimis, circa Rem Medicam univerſam, in Regnis et Ditionibus Suis gerendam, Statutis, novum, & egregium Glo-

RIAE

riae Ex Amore Patriae Documentum, Populo Suo impertire.

Hauniae, in Collegio Medico Regio. Die xxxi. Decembris cIↃIↃCCLXXI.

NOTAE
Circa Pondera et Menſuras.

I. LIBRAM Medicam ubique in Pharmacopoea noſtra intelligimus. Eſt illa Unciarum duodecim. Si quis igitur Libram Ponderis civilis deſideret, diſtinctis hac in praeſcriptione notetur verbis, Unciarum numerum, quarum haec ſedecim habet, indicando.

II. UNCIA (℥) Drachmas octo; Drachma (ʒ) tres Scrupulos; Scrupulus (℈) Viginti Grana continent.

III. MENSURA noſtra ordinaria, (Pott) eſt Librarum duarum Ponderis civilis.

IV. HERBARUM Florumque Pondus in praeſcriptionibus per Manipulos & Pugillos determinari ſolet. Praeſtat vero & his Pondus exactius aſſignare. Sit igitur Manipulus Drachmarum trium, Pugillus Drachmae unius Ponderis.

V. IN Formularum praeſcriptione omittantur reliqui Caracteres chemici, & omnia diſtinctis Pharmacopolae indicentur verbis.

PARS

PARS I.

MATERIA PHARMACEUTICA.

MATERIA PHARMACEUTICA.

I.

E REGNO MINERALI.

I. TERRAE ET LAPIDES.

ALABASTRUM, Alebaſter Dan. Alabaſter German.

Alabaſtrum candicans, Gypſi ſpecies.

Bolus Alba. Hviid Bolus. Weiſſer Bolus.

Argillae pinguis ſpecies ex Moravia, Sileſia, Italia aliisque locis advecta.

Bolus Armena. Armeniſk Bolus. Armeniſcher Bolus.

Argillae pinguis ſpecies coloris rubri, vena lutea interſtincti, durioris compagis ac reliquae terrae bolares, promte linguae adhaerens. Olim ex Oriente advecta, nunc etiam in Galliae et Germaniae nonnullis provinciis reperitur.

Bolus Rubra. Rød Bolus. Rother Bolus.

Argil-

Argillae pinguis varietas rubra, ex Bohemia & Epiſcopatu Salisburgenſi advecta, ad Spirituum Nitri & Salis deſtillationem inſerviens.

Calx Viva. Ulaeſked Kalk. Ungelöſchter Kalk.

Paratur ex Lapidibus & terris calcareis pro externo; e Conchis marinis & Oſtrearum calcinatis pro interno uſu.

Creta Alba. Hviid Kriid. Weiſſe Kreide.

Terra macra alcalina, quae in Seelandia noſtra reperitur. Praeſtantior alba, levis, non arenoſa, ex Inſula Moen adfertur.

Specularis Lapis. Selenites. Glacies Mariae. Marie Glas. Frauen-Eiß.

Gypſum, lamellis rhomboidalibus pellucidum, varii, ut plurimum albicantis coloris, ſciſſile.

Terra Sigillata Alba Et Rubra. Hviid og rod forſeglet Jord. Weiſſe und rothe verſiegelte Erde.

Terrae bolares, ex Sileſia & Turcia allatae, in placentas formatae, cum impreſſo Sigillo. Sint pingues, minus friabiles atque Sabuli expertes.

II. *SALIA.*

Alumen Crudum Vulgare. Allun. Alaun.

Alumen Lapide fiſſili mineraliſatum album, ex

ex Norvagia, Scania, Anglia, Germania & Italia advectum.

ALUMEN RUBRUM ROMANUM. Rod Allun. Rother Römiſcher Alaun.

Alumen Lapide calcareo minerali ſatum, ex Italia forma cryſtallorum advectum, coloris roſei pallidi.

BORAX. BORAX VENETA. CHRYSOCOLLA. Borax. Borras. Borax.

Sal, qvod ex peculiari ab Indiis orientalibus advecta minera, *Tincal* dicta, Venetiis & in Hollandia paratur. Eligatur Borax alba, ex parvis transparentibus maſſulis conſtans, in igne facile fluens atque vitreſcens.

COLCOTHAR VITRIOLI. Vitriol-Ueberbleibſel.

Terra rubra metallica poſt deſtillationem acidi vitriolici ſuperſtes.

NITRUM. Salpeter. Salpeter.

Eligatur purum, album, cryſtallos exhibens longas, ſexangulares, prismaticas, carbonibus ignitis inſperſum absque crepitatione prompte deflagrans, atque in aqua facile ſolubile, quale ex India orientali adfertur.

NITRUM MURARIUM. ALKALI MINERALE. NATRUM. APHRONITRUM VETERUM. Mineraliſk Salt. Mineraliſches Salz.

Sal Alkali compactum, muris cellisque humidioribus ſuperficialiter adhaerens.

SAL ANGLICUM CATHARTICUM, EBSHAMENSE.

MENSE. Engelſk Laxeer-Salt. Engliſches Laxier-Salz.

Sal neutrum artificiale Anglicanum, ex lixivio a cryſtalliſatione Salis marini reſiduo, acido Vitrioli ſaturato paratum. Album ſit, purum & in aqua facillime ſolubile.

SAL GEMMAE. Steen-Salt. Stein-Salz.

Muria foſſilis pura, ſemipellucida, poſt longum ſatis tempus in aqua ſolubilis, dura, fortiter in igne crepitans. Ex Hungaria, Tranſylvania, Polonia adfertur.

SAL SEDLICENSE. Seidlitzer-Salt. Seidlitzer-Salz.

Neutrum acidulare Sedlicenſe, ex iisdem quibus Anglicum partibus conſtans, cum aliquo tamen proportionis diſcrimine. Eligatur album & cryſtalliſatum.

VITRIOLUM ALBUM. Hviid Vitriol. Weiſſer Vitriol. Galitzen-Stein. Augen-Stein.

Vitriolum Zinci album apud Goslarienſes paratum, Sacchari inſtar album & non nimis durum.

VITRIOLUM COERULEUM. Blaa Vitriol. Blauer Vitriol.

Vitriolum Cupri coeruleum Sapphiri inſtar, cryſtalliſatum.

VITRIOLUM VIRIDE. Grøn Vitriol. Grüner Vitriol. Eiſen-Vitriol.

Vitrio-

Vitriolum Ferri viride cryſtalliſatum, ex Hungaria & Anglia advectum, coloris herbacei. Cuprum admiſtum prodit immiſſa lamina ferrea pura, cui Cuprum adhaeret.

III. INFLAMMABILIA.

AMBRA GRYSEA. AMBARUM. Ambra. Ambra.

Ambra binis vel trinis coloribus variegata, poſt praegreſſam fortem pelagi agitationem, in mari Indico ad partem Africae & vicinas inſulas, a Mozambicis usque ad mare rubrum, odoratu piſcata. Eligatur levis, parum odorata, quae laminae candenti impoſita gratum edit odorem, & parum vel nihil relinquit, facile ad candelam liqueſcit & bene cohaeret.

ASPHALTUM. BITUMEN JUDAICUM. Jode-Peeg. Judenpech.

Bitumen ſolidum coagulatum, nigrum, fragile, reſplendens, magna copia mari mortuo innatans.

PETROLEUM ALBUM. OLEUM PETRAE. Hviid Steen-Olie. Peter-Olie. Weiſſes Stein- oder Berg-Oel.

Bitumen leviſſimum & fluidiſſimum Naphtha dictum, ex terra aut rimis montium exſudans, aquae & ſpiritibus, ſi purum eſt, ſupernatans, facillime inflammabile, aurum ex Aqua regis attrahens & ſolvens; ex Sumatra inſula, Perſia & Ducatu Modenenſi allatum, non ingrati odo-

ris, admodum rarum. Subſtituitur plerumque.

Petroleum Flavum ſubrubellum, craſſius, ex Sicilia & Italia advectum, Oleo Terebinthinae ut plurimum adulteratum.

Succinum. Electrum. Carabe. Ambarum. Bernſteen. Rav. Bernſtein.

Succinum pellucidum. Subſtantia bituminoſa flava & alba, e terra effoſa, aut ad littora maris Baltici collecta. Ex Jutia, inſula Moen, Pruſſia Polonica, & Pomerania adfertur.

Sulphur Citrinum. Suul Svovel. Gelber Schwefel.

Sulphur nativum, purum, flavum, ex Islandia, Germania, Italia & Helvetia advectum.

IV. SEMIMETALLA.

Antimonium Crudum. Stibium. Spits-Glas. Spiesglaß.

Sit longis & ſplendentibus ſtriis praeditum, & ſub igne ſtrenuo totum exhalet. Ex Hungaria advehitur.

Argentum Vivum. Mercurius Vivus. Hydrargyrum. Qveg-Solv. Queckſilber.

Sit purum, nullo alio metallo inquinatum, quod deflagratione in cochleari ferreo ſupra carbones detegitur, ubi avolat Mercurius, relicto metallo admiſto.

Arsenicum Album. Rottekrud. Ratzen-oder Mäuſegift.

Arſe-

Arſenicum nativum farinaceum, qvod Cobalti fuligo eſt, fortiſſimo igne, addita parca ſalis Alcali quantitate, in maſſam cryſtallinam vitream ſublimata.

ARSENICUM CITRINUM. Guul Arſenik. Gelber Arſenik.

Arſenicum flavum, ex Sulphuris una & Arſenici decem partibus mixtis, ſublimatione paratum.

ARSENICUM RUBRUM. Rus geel. Rauſchgelb.

Arſenicum rubrum, ex Sulphuris duabus & Arſenici decem partibus ſublimatione paratum.

AURIPIGMENTUM. SANDARACHA GRAECORUM. Operment. Operment. Auripigment.

Arſenicum Sulphure & Lapide ſpathoſo ac micaceo mineraliſatum, minera flaveſcente. Optimum ex India orientali, Turcia & Tranſylvania advehitur, punctulis ſive micis velut aureis nitens, coloris citrini.

CALAMINARIS LAPIS. CADMIA. Galmey. Gallmey.

Zinci minera terrea, coloris flaveſcentis vel fuſci, circa Aquisgranum, nec non in Anglia & Polonia ex terra eruta.

NIHILUM ALBUM. POMPHOLYX. Hviid Nix. Weiſſes Nichts.

Tutia alba farinacea leviſſima. Flos Zinci albus inter fuſionem minerarum Zinci ſuperne lateribus camini adhaerens, atque inter fuſionem

Orychalci, inſtar fumi albi, rimas fictilium penetrans.

TUTIA. CADMIA. NIHIL GRYSEUM. Tutia. Tutia.

Relicta ſublimata zincina plus minus condenſata, gryſea, lateribus fornacum inferne adhaerentia, in praeparatione Orychalci pariter undequaque circa vaſa fuſoria reperiunda. Sint denſa, modice gravia & dum franguntur, cinerea.

V. METALLA.

ARGENTUM CUPELLATUM. Solv. Silber.
Pro cauſtico lunari.

ARGENTUM FOLIATUM. Solvblade. Silber-Blätter.

AURUM FOLIATUM. Guldblade. Gold-blätter.

CERUSSA VENETA. Bleeghviid. Bley-weiß.

Ex Plumbo vaporibus acidorum expoſito, aut iisdem ſoluto paratur. Sit alba & guſtu dulcis.

CUPRUM. Kaaber. Kupfer.

Cuprum praecipitatum, purum, ex ſolutione Vitrioli.

FERRUM. MARS. Jern. Eiſen.

Ferrum ſelectum, Dannemorae, Nordbergae &c. reperiundum.

HAEMATITES LAPIS. Blod-Steen. Blut-Stein.

Ferrum

Ferrum mineraliſatum, minera figurata rubra, aut tritura rubente.

LITHARGYRIUM ARGENTI. Solverglod. Silberglette.

Plumbum inter depurationem Argenti ſemivitrificatum. Praeſtat quod ex puro acquiritur Plumbo, cujus ſolutio cum Alcali volatili coeruleum non induit colorem, quod contingit, ſi cuprum admixtum fuerit.

MINIUM. Monne. Mennich. Rother Meng.

Paratur ex Ceruſſa citrina ad rubedinem calcinata.

PLUMBUM. SATURNUS. PLUMBUM NIGRUM. Bly. Bley.

Plumbum Galena, mineraliſatum, particulis cubicis.

STANNUM ANGLICUM. JUPITER. PLUMBUM ALBUM. Engelſk Tin. Engliſch Zinn.

Pro raſura puriſſimum nec Plumbo nec Arſenico inquinatum.

VIRIDE AERIS. AERUGO. Spanſk Gron. Grünſpan.

Factitium ex Cupro mediantibus vinaceris corroſo. Eligatur coloris ad coeruleum vergentis, Creta non adulteratum.

I.

E REGNO VEGETABILI.

I. FUNGI. ALGAE. MUSCI.

AGARICUS. Lerke-Svamp. Lerchen-Schwamm.

Boletus ſuberoſus, Pini Laricis annoſae Fungus, cujus ſub Cortice cinereo ſubruffo calloſo ſubeſt medulla alba, primum ſubdulcis dein amaricantis ſaporis, quae quo magis eſt fragilis, facile ſciſſilis, candida, levis, eo eſt melior. Praeſtat ex Oriente advectus. Nigricans, decolor & in fruſtula duriora dehiſcens, corruptus eſt.

BOVISTA. CREPITUS LUPI. Ulvefiis. Fiiſſop. Boſiſt.

Lycoperdon Boviſta, ſub cute externa membranacea parenchyma exhibens leve, ſpongioſum, admodum molle, pulverulentum. In campis collibusque pullulat.

FUNGUS QUERNUS. Ege-Svamp, Eichen-Lunten-Schwamm.

Boletus igniarius, in caudicibus naſcens, Menſibus Auguſti ac Septembris colligendus. Praeparationem vide in Parte II.

LICHEN TERRESTRIS CINEREUS. Hunde-Mos. Hunde-Moos.

Lichen caninus, foliaceus, repens, ſubtus venoſus, villoſus, pelta marginali adſcendente, in ſylvis, juxta lapides in terra reperiundus.

LY-

Lycopodii Semen ſive Sulphur. Jord-mos. Ulvefod. Luuſegrås. Kraakeſtiig. Kraakefod. Svenkraakefod. Råve-Rever. Bärlappſamen.

Lycopodii clavati, in montoſis & ſylvoſis reperiundi, pollen. Flor. Dan. 126.

Muscus Cumatilis. Alvnåver. Almnåver.

Lichen aphthoſus, in ſylvis aceroſis ſterilibus ſub Juniperis-habitans.

Muscus Islandicus. Islands Mos. Fiållegrås. Isländiſch Lungen-Moß.

Lichen Islandicus foliaceus, adſcendens, laciniatus, in Islandiae, Norvagiae, Lapponiae montanis & alpinis, ad terram & ſaxa proveniens Flor. Dan. 155.

Muscus Quernus Arboreus. Usnea Vulgaris. Eege-Mos. Eichen-Moos.

Lichen plicatus, ad annoſas quercus reperiundus.

Quercus Marina. Strandklever. Fattigmands Tarm. Butang. Kutang. Knoptang. Svinetang.

Fucus veſiculoſus, pro Cineribus (Aethiope vegetabili Ric. Ruſſel) Menſe Auguſto colligendus.

Spongia. Vid. Regnum animale.

CANONES GENERALES.

I. Cito ſiccata ab heterogeneis admiſtis liberentur.

II. Serventur loco ſicco, ne mucorem contrahant.

II. RADICES.

ACETOSAE. Syre. Sauerampfer-Wurz.

Rumicis acetoſae RADIX perennis, fibroſa, longa, ſublutea, verno tempore colligenda.

ACORI VULGARIS. Svertsblad-Rod. Ackermanns-Wurzel.

Iridis Pſeudacori RADIX perennis, in locis paludoſis reperiunda, nodoſa, extus & intus rubra.

ALKANNAE RUBRÆ. ANCHUSAE. BUGLOSSI. Rod Oxetunge. Rothe Ochſenzungen-Wurz.

Anchuſae officinalis RADIX perennis, teres, oblonga, foris rubens aut nigricans. Eligantur radices parvae, fibroſae, quae colorem purpureum in tota ſubſtantia magis diffuſum habent. Majores intus albicant.

ALLII. Log. Knoblauch.

Allii ſativi RADIX bulboſa, tunicata, ſabulo ſervanda.

ALTHAEAE. BISMALVAE. Althee. Althee-Eibiſchwurz.

Althaeae officinalis RADIX perennis, alba, digitum craſſa, mucagine lenta turgida. Flor. Dan. 530.

ANGELICAE. Angelik. Engelrod. Quanne. Quannerod. Stoike. Stoke. Fatno. Fadne. Bosk. Fadnorvotas. Fadnoransſe. Angelikenwurz.

Angelicae Archangelicae RADIX biennis, oblonga, ex capite craſſiore in fibras ſacpe pollicares vel tenuiores deviſa, foris ex flavo rubeſcens, intus

intus alba, in Alpibus Norvagicis & Lapponicis ſponte; apud nos in hortis reperiunda, hyeme colligenda. Sit tenax, abunde fragrans, transverſim ſecta puncta flava ubertim exhibens. Flor. Dan. 206.

Apii Sativi. Selleri. Garteneppich. Selleri.

Apii graveolentis Radix biennis.

Ari. Dansk Ingefer. Deutſcher Ingwer. Aarons-Wurz.

Ari maculati Radix perennis, inaequaliter globoſa aut oblonga, tuberculis hirta, recens, compacta, verno tempore, antequam floreat, collecta. In locis umbroſis habitans praeferenda illi quae in apricis ſiccis offenditur. Per hyemem & aeſtatem ſabulo tecta ſervetur & quotannis recens colligatur. Flor. Dan. 505.

Aristolochiæ Fabaceæ. Huulrod. Rod Hanekam. Kleine runde Hohlwurz.

Fumariae bulboſae Radix perennis, cava, in hortis reperiunda.

Aristolochiæ Veræ. Lange og runde Hnulurtsrod. Oſterluceywurz.

Ariſtolochiae longae & rotundae Radix tuberoſa, ſubrotunda aut oblonga, parum fibroſa, ex Europa auſtrali allata, craſſior, ponderoſa, compacta, intus e gilvo olivaris, non farinacea, nec rugoſa.

Armoraciæ. Raphani Rusticani. Peberrod. Meerettig.

Cochleariae Armoraciae Radix fuſiformis, biennis, recens ſabulo ſervanda.

Arthanitæ. Galteknappe. Madekernerod. Saubrodt.

Cyclaminis Europaei Radix perennis, tuberoſa, craſſa, orbiculata, foris nigricans, intus candida, in hortis & ſponte in montoſis habitans; recens, ſaporis acris, urentis.

Asari. Haſelurtrod. Haſelwurz.

Aſari Europaei Radix perennis, fibroſa, recens, odore nardino, Valerianae aemulo praedita, ſub calidiore Germaniae coelo germinans.

Asparagi. Aſparris. Aſpargis. Spargelwurz.

Aſparagi officinalis Radix perennis.

Bardanæ. Lappæ Majoris. Agerburre-Agerſkrepe. Storſkreppe-Tordenſkreppe-Rod. Lungegræs-Klunger-Klägg-Haarklägg-Burrer-Burre-Rod. Klettenwurz.

Arctii Lappae Radix perennis, ramoſa, foris nigricans, intus alba, fibroſa, ſaporis ſub dulcis, ſub auſteri, ad vias in rudetis reperiunda, Majo Menſe colligenda. Rejiciatur vetuſta lignoſa.

Bistortae. Slangeurtrod. Natterwurz.

Polygoni Biſtortae in humidis ſponte creſcentis Radix perennis, intorta, tuberoſa, intus pallide rubella, ponderoſa, fractu difficilis. Flor. Dan. 421.

Britannicae. Vandſkräppe. Grindwurz.

Rumicis aquatici Radix perennis, lignea, magna, obſcure ruffa, intus flava, in paludoſis germinans.

Bru-

Brusci. Rusci. Muuſetornrod. Bruſchwurz. Mäuſedornwurſt.

Ruſci Hypophylli Suffruticis Radix craſſa, implexa, albicans, ſaporis in initio ſubdulcis, poſtea amari, Italiae & Galliae indigena.

Bryoniæ. Galdebär. Hundebär. Zaunrübe. Gichtrübe.

Bryoniae albae Radix perennis, fuſiformis, praegrandis, e circulis annulisque compoſita, in umbra juxta ſepes reperiunda.

Calami Aromatici. Acori Veri. Calmus. Kalmus. Kalmus.

Acori Calami Radix perennis, in paludoſis & Aquis ſtagnantibus luxurians, longa, obliqua, crebro geniculata, digitum craſſa, ex flavo ruffeſcens, intus alba & fungoſa, ſaporis acris & aromatici.

Cardopatii. Carlinæ. Eberrod. Eberwurz.

Carlinae acaulis Radix perennis, palmae unius vel alterius longitudinis, craſſitudinis pollicis, foris ruffa, intus albida, ſaporis & odoris grati, aromatici, ex Italia & montoſis Germaniae locis advecta.

Caryophyllatæ. Benediktrod. Nelliferod. Benedicktwurz. Nägeleinwurz.

Gei urbani Radix fibroſa, ſubruffa, odoris & ſaporis aromatici, caryophyllacei, coloris intus carmeſini. In ſylvis & umbroſis habitat.

Chelidoni Vulgaris Majoris. Store Svaleurtrod. Selidon. Groß Schellkrautwurz.

Chelidoni

Chelidoni majoris RADIX perennis, fibroſa, miniati coloris, ſucco croceo intenſiori turgens. Flor. Dan. 542.

CHELIDONII VULGARIS ſive MINORIS. Lille Svaleurtrod. Feigwarzenwurz. Scharbocksfrautwurz.

Ranunculi ficariae in pratis & umbroſis creſcentis RADICES perennes, fibroſae, primo vere colligendae. Flor. Dan. 499.

CHINÆ. Chinarod. Chinawurz.

Smilacis Chinae RADIX nodoſa, ex Indiis advecta, ponderoſa, ſolida, firma, difficulter ſciſſilis, pallide rubens, tentata digitum, manducata linguam pinguedinis aliquo ſenſu afficiens.

CICHOREI. Vågvardrod. Wegwartwurz. Hindlauffwurz.

Cichorei Intybi RADIX biennis, ramoſa, pedem longa, pollicem craſſa, obliqua & fibroſa, ſucco lacteſcente turgida, verno tempore colligenda. Lignoſa & ingrate amara rejiciatur. Sponte creſcens hortenſi praeferenda.

COLCHICI AUTUMNALIS. Nøgne Jomfruer. Nøgne Horer. Zeitloſe.

Colchici autumnalis RODIX gemina, tuberoſa, carnoſa, quarum una exterior ſterilis eſt & marceſcens, altera intra priorem latens, in fibras porrigitur. In pratis humidioribus reperitur.

CONTRAYERVÆ. Giftrod. Bezoarwurz. Peruvianiſche Giftwurz.

Dorſteniae Contrayervae RADIX e capitulo nodoſo fibroſa, ex Peru allata, odoris leviter aromati-

matici, ſaporis ſub adſtringentis, non ingrati, coloris obſolete rubelli. Rejiciantur fibrae tenuiores.

Costi Dulcis. Sode Coſtusrod. Süſſe Coſtuswurz.

Coſti Arabici Radix perennis, ex Occidente & Oriente allata, ſolida, craſſa, oblonga, foris cinerei, intus albicantis coloris, ſaporis aromatici, odoris ad Iridem Florentinam accedentis.

Curcumæ. Gurgemeie. Curcumei.

Curcumae longae Radix Orientalis, extus lutea, intus e luteo ruffa, dura, denſa, ponderoſa, diffracta particulas reſinoſas micantes exhibens; ſaporis amaricantis, leviter aromatici.

Cynoglossi. Hundstunge. Uldborre. Hundszungenwurz.

Cynogloſſi officinalis Radix biennis, ad vias reperiunda, recta, craſſa, foris ex atro rubens, intus albida; odoris gravis, narcotici; ſaporis ſubdulcis, mucoſi.

Cyperi Rotundi. Cyperrod. Trindvildgalgan. Runde Cyperwurtz.

Cyperi rotundi Radix perennis, turbinata, Olivae magnitudinis & figurae, ſcabra, ſtriata, foris ſubruffa, intus albida, ex Aegypto & Oriente advecta. Sit odorata, gravis, non carioſa.

Dictamni Albi. Fraxinellæ. Hviid Diptamrod. Weiſſer Diptam-Aſchwurz.

Dictamni albi Radices oblongae, multifidae, intus lignoſae, in montoſis Galliae, Germaniae & Italiae habitantes, albicantes, ab interiore parte lignoſa liberae, non carioſae; ſaporis ſubamari,

mari, cum obſcura acredine; odoris, ſi recentes ſint, fragrantis, gravis.

DORONICI. Ulveurtrod. Gemſenwurz. Schwindelwurz.

Doronici pardalianchis RADICES tuberoſae, in montibus Helvetiae, Tiriae, Stiriae & Auſtriae germinantes, albicantes; ſaporis ſubdulcis, aromatici, acris; non carioſae.

ENULAE. HELENII. Alandsrod. St. Ellensrod. Alandwurz.

Inulae Helenii RADIX biennis, craſſa, carnoſa, multifida, foris fuſca, intus alba; ſaporis amari, aromatici; in hortis culta, & in locis humidis paludoſis reperiunda, quae efficacior.

ERYNGII. Bergmandstroe-Mandstroe-Mandshielprod. Mannstreu-Radendiſtel-Brackendiſtelwurz.

Eryngii campeſtris RADIX perennis, pedem longa, pollicem craſſa, mollis & tenera, cum nervo in medio, extus nigricans, intus candida; ſaporis dulcis; in Germaniae, Italiae & Hiſpaniae campis ſiccis & in Norvagia habitans. Flor. Dan. 554.

FARFARÆ. TUSSILAGINIS. Heſtehov. Follefod. Hovblad. Hovurterod. Skreppe. Leerſkreppe. Leerfivel. Brand-Lattich-Huflattichwurz.

Tuſſilaginis Farfarae RADICES perennes, longae, tenues, candidae, ſaporis ſubacris cum levi lentore; in agris ſubhumidis & ad foſſas reperiundae, primo vere colligendae.

FILI-

FILICIS. Bregne. Hanbregne. Skiårbregne. Grofte Molfoor. Molfoorblom. Klojåſke. Bujåſke. Skorv. Hanblom. Nyſteblom. Trepeck. Caſſa Gaiſke. Farnkrautwurz.

Polypodii Filicis maris RADIX perennis, craſſa, ramoſa, foris nigricans, intus pallida; ſaporis primum ſubdulcis, dein amariuſculi, ſubadſtringentis; autumno colligenda.

FOENICULI. Fennikelrod. Fenchelwurz.

Anethi Foeniculi RADIX biennis, digitalis, recta, alba; ſaporis ſubdulcis, aromatici. In hortis colitur; pars corticoſa in uſum vocatur.

FRAGARIÆ. Jordbårrod. Erdbeerkrautwurz.

Fragariae veſcae RADICES perennes.

GALANGÆ MINORIS. Galangerod. Galgant.

Marantae Galangae RADIX tuberoſa, nodoſa, geniculata, dura, minimum digitum craſſa. Seligantur ponderoſae, non carioſae, aroma ſpirantes, extus e ſpadiceo rubrae, intus rubellae. Ex Oriente advehuntur.

GENTIANÆ-RUBRÆ. Sode. Sodrod. Sotkonge. Skiårſode. Rother Enzian.

Gentianae purpureae RADIX biennis, longa, pollicem unum aut alterum craſſa, foris fuſca, intus ex flavo ruffeſcens, intenſe amara, in Norvagiae Alpibus habitans, quae luteae praeferenda. Flor. Dan. 50.

GLY-

GLYCYRRHIZÆ. LIQVIRITIÆ. Lakritz. Süßholz-Liquiritienwurz.

Glycyrrhizae glabrae RADIX ramoſa, late ſerpens, perennis. Sit recens, tenax, flexilis, diſſecta laete flava, dulcis gratique ſaporis. Ex Franconia plerumque adfertur.

GRAMINIS. Hundegräs-Kroppegräs-Knägräsrod. Taggräs-Täggräs-Ayroot-Aying-Skingräs-Quiſketaa-Quiſkurod. Queck-Graßwurz.

Tritici repentis RADIX perennis, repens, geniculata, e ſarmentis tenuibus conſtans. Verno & autumnali, non aeſtivo tempore colligatur.

HELLEBORI ALBI. Hviid Nyſeurtrod. Weiſſe Nieſewurz.

Veratri albi RADIX ramoſa, extrinſecus gilva, intus albeſcens, ex Germania auſtrali advecta.

HELLEBORI NIGRI. MELOMPODII. Sort Nyſerod. Chriſtwurz. Schwarze Nieswurz.

Hellebori nigri RADIX fibroſa, maximam partem in Lalandia, inſula Moen, Germaniae auſtralis & Helvetiae Alpibus collecta. Probae radicis caput tuberoſum, nigrum, Nucem Moſchatam aequat & ſulcatum eſt. Fibrae ſint extus tenues, laeves, intus albae, parum tenaces. Sapor nauſeoſus ſit, acer & amaricans. Rejiciantur radices vetuſtae, fragiles, pulverulentae.

HERMODACTYLI. Hermodadeler. Hermodattelwurz. Fremde Zeitloſenwurz.

Iridis

Iridis tuberoſae RADICES trigonae, ex una parte compreſſae, ex altera tuberoſae, ex Smirna, Aleppo & Syria advectae, extus albicantes, intus prorſus albae, ſaporis dulceſcentis & acris, odoris nullius.

HIRUNDINARIÆ. VINCETOXICI. Svaleród. Schwalbenwurz. Giftwurz.

Aſclepiadis Vincetoxici RADIX biennis, tuberoſa, fibroſa, in ſabuloſis & montoſis reperiunda; ſubacris fervidique ſaporis, & validi, nardini, ſubaromatici odoris.

JALAPPÆ. Jalapród. Jalappe.

Mirabilis Jalappae RADIX, vel potius taleoli radicis, Zonulis cincti, externe ex lurido fuſci, interne e fuſco cinerei, ex America allati. Radix compacta ſit, dura, ponderoſa, igni admota inflammabilis, diffracta particulis reſinoſis reſplendens. Admiſta Bryoniae ſegmenta colore albo, textura ſpongioſa, annulisque illico ſe produnt.

IMPERATORIÆ. OSTRUTII. Mesterród. Meiſterwurz.

Imperatoriae Oſtrutii RADIX biennis, oblonga, pollicem craſſa, rugoſa, foris fuſca, intus alba; gravis, acris & valde aromatici ſaporis atque odoris; in montoſis Helvetiae & Stiriae habitans atque in hortis culta.

IPECECOANHAE. Americanſk Brekród. Americaniſche Brechwurz. Ruhrwurz.

Euphorbiae Ipecacoanhae RADIX repens, nodoſa, geniculata, Braſilienſis fuſca, aut Peruviana cinerea, quae priori praeferenda. Quae externe

albicant radices, aut coloris gilvi ſunt, ſpongioſae & ſulcis haud notatae, rejiciuntur. Eligatur quae colorem exhibet ex cinereo obſolete caſtaneum, quae rugoſa eſt, annulisque & inciſuris profundis conſpicua. Cortex craſſus ſit, durus, denſus, fragilis, fractus particulis reſinoſis reſplendens; ſapor acris, amarus, parum nauſeoſus cum ſenſu mucilaginis. Rejiciantur fibrae adhaerentes cum medulla lignea alba, inſipida.

IRIDIS FLORENTINÆ. Violrod. Violenwurz.

Iridis Florentinae RADIX tuberoſa, ſublato Cortice ex Italia advecta, ponderoſa, denſa, candida, punctis e fulvo fuſcis diſtincta, Violae Martiae odorem ſpirans. Radices minores majoribus praeſtant.

IRIDIS NOSTRATIS. Blaa Lilie. Svärdlilie. Schwertelwurz. Schwertlilienwurz.

Iridis Germanicae RADIX tuberoſa, articulata, ex inferiori parte fibrata, in clivoſis habitans, non confundenda cum Iridis paluſtris (*Iridis pſeudacori* Flor. Dan. 494.) Radice, in paludoſis locis & lacubus creſcente. Quae Autumno eruitur recens & ſucco plena, per hyemem in ſabulo ſicco conſervari poteſt.

LEVISTICI. LIGUSTICI. Lobſtik. Lubſtik. Liebſtöckelwurz. Badkrautwurz. Saukrautwurz.

Liguſtici Leviſtici RADICES perennes, grandes, toroſae, foris nigricantes, intus albae, verno tempore colligendae. In hortis coluntur.

ME-

Mechoacannæ Albæ. Hvid Jalapperod. Weiſſer Jalapp. Weiſſe Rhabarber.

Convolvuli Mechoacannae Radix grandis, levis, externe cinerea, intus candida aut gilva, annulis interne cincta, ex America meridionali advecta; ſaporis primum farinacei, dein acris, a Bryoniae ſapore diſtinguendi, qui nauſeoſe amarus eſt.

Morsus Diaboli. Succisæ. Engeknop. Blaaknop. Dievelshid. Fareblade. Gronſkoll. Blaakoll. Blaahorſt. Skor. Gronblad. Teufelsabbißwurz.

Scabioſae Succiſae Radix perennis, oblonga, craſſitiei minimi digiti, fibris longis & albis cincta; ſaporis acris, amari; in paſcuis humidiusculis habitans. Flor. Dan. 279.

Oxylapathi. Lapathi Acuti. Heſteſyre. Grindwurz.

Rumicis acuti Radix perennis, pollicem craſſa, octo vel decem pollices longa, coloris extus obſcure rubelli, intus flaveſcentis.

Pareiræ Bravæ. Americanſk Gruusrod. Amerikaniſche Grieswurz.

Ciſſampelos Pareirae Radices, in America provenientes, extrinſecus plane nigricantes, intrinſecus ex fuſco luteae; ſaporis dulcamari; craſſiores, non carioſae.

Petasitidis. Peſtilentsrod. Peſtilenzwurz. Schweißwurz.

Tuſſilaginis Petaſitidis Radices perennes, fibroſae, a communi provenientes capite; odoris aromatici fragrantis; ſaporis acris, aromatici, amariuſcu-

riuſculi; in aquoſis habitantes, vere colligendae.

PETROSELINI VULGARIS. Perſilrod. Peterſilienwurz.

Apii Petroſelini RADIX.

PIMPINELLÆ ALBÆ. Quaſerod. Biergrod. Wild Pimpinelle. Bibenell.

Pimpinellae Saxifragae RADIX perennis, tenuis, fibras minores maxime ex capite craſſiore emittens; coloris extus pallide flaveſcentis, intus albicantis; in ſiccis, ſabuloſis ac ſaxoſis affatim germinans. Eligatur recens, tenax, ſaporis eximie pungentis. Inertior eſt quae in pratis humidisque creſcit locis. Flor. Dan. 92.

POEONIÆ. Påonienrod. Påonienwurz. Pfingſtroſenwurz. Gichtroſenwurz.

Paeoniae Officinalis RADICES perennes, tuberoſae; coloris extus ruffi, intus pallidioris; ſaporis ſubdulcis, ingrati; primo vere colligendae. In hortis coluntur.

POLYPODII. Engelſot. Eegebregne. Mariebregne. Steenſote. Syſſelroet. Heilſota. Engelſüß.

Polypodii vulgaris RADIX perennis, fibroſa, geniculata, ad radices quercuum & in rudetis locisque ſiccis germinans; extus e ſpadiceo fuſca, intus obſolete viridis, compagis tenacis; ſaporis dulcis leviter nauſeoſi.

PTARMICÆ. Hviid Regnfan. Weiſſer Bertram. Weiß Reinfarn. Wieſen Dragun.

Achillaeae Ptarmicae RADIX perennis, lignoſa, capillata, ejusdem fere ac Radix Pyrethri virtutis.

PYRE-

PYRETHRI. Bertramsrod. Bertramswurz.

Anthemidos Pyrethri RADIX fibroſa, tenuis, qualis ex Germania & Gallia Narbonenſi adfertur. Praeſtat vero Tunetana, craſſa, tenax, extus ferruginea, intus alba; ſaporis adeo feruidi, ut linguam faucesque adurat; ex Italia advecta.

RHABARBARI. Rhabarber. Rhabarber.

Rhei palmati RADIX tuberoſa; ſaporis amari, leviſſime nauſeoſi; cum duritie aliqua fragilis, levis, probe ſicca; externe dilute lutea, digitûm flavedine non inficiens, interne dilute crocea cum albis & rubellis venulis, nucis moſchatae inſtar, eleganter variegata; ex India Orientali advecta.

RUBIÆ TINCTORUM. Krap. Krapp. Färberröthe.

Rubiae Tinctorum RADIX perennis, recens, non nigra aut maculis interſperſa, ſed eleganter & dilute rubens, atque a parenchymate lignoſo, quantum fieri poteſt, liberata.

SALAB. SALEB. Salebrod. Salapwurz.

Orchidis morionis RADICES perennes, figurae ovalis, ſemipellucidae, coloris ex gryſeo albi, ex Perſia advectae. Conveniunt virtute cum *Orchidis morionis* noſtratis radicibus. Flor. Dan. 253.

SAPONARIÆ. Säbeurtrod. Seifenwurz.

Saponariae officinalis RADIX perennis, ramoſa, geniculata, repens, ad rivos, foſſas & in humidis habitans. Verno tempore collecta, ſaporis ſit dulcis primum & glutinoſi, dein acris, amaricantis. Non confundatur cum Radice *Lychnidis dioicae* aut *Cucubali Behen*. Flor. Dan. 543.

SARSÆ. SARSAPARILLÆ. Sarſaparill-rod. Saſſaparillwurz.

Smilacis Sarſaparillae RADICES tenues, longae, ex America auſtrali advectae, parum rugoſae; ſub cortice ex rubello virideſcente materiam albam, ramentoſam, quae medullam ligneam cingit, continentes. Durae, fragiles, lignoſae, farinaceae rejiciantur.

SATYRII. Råvenoſſer. Gogshid. Stendelwurz. Knabenkrautwurz.

Orchidis bifoliae RADICES perennes, bulboſae, rotundae aut palmatae, ſucculentae, albidae; ſaporis viſcoſi, ſubdulcis. In paſcuis habitant. Flor. Dan. 235.

SCORZONERÆ. Slangemyrder. Scorzonerwurz. Schlangenwurz.

Scorzonerae humilis RADIX perennis, oblonga, craſſitiei aut digiti aut calami ſcriptorii; coloris extus pallidi aut ferruginei, intus albi; in pratis reperiunda.

SCROPHULARIÆ. Ormeurt. Bruunrod. Braunwurz. Saukrautwurz. Feigwartwurz.

Scrophualiae nodoſae RADIX perennis, repens, craſſitudinis digitalis; coloris albi; ſaporis acris, ingrati, verno colligenda tempore. Ad vias & foſſas non aquoſas habitat.

SENEGAE. Senekarod. Senekawurz.

Polygalae Virginianae RADIX, ex America ſeptentrionali advecta, tenuis, fuſiformis, vertice nodoſo, criſta laterali acuta; ſaporis primum farinacei, mox ſubacidi, denique acris, pungentis.

SERPENTARIÆ VIRGINIANÆ. Slange-urtrod. Virginiſche Giftwurz. *Ariſto-*

Ariſtologiae eS rpentariae RADIX, e capite nodoſo fibroſa, praemorſa; in Virginia & Carolina habitans; coloris extus e gilvo virideſcentis, intus pallide lutei; ſaporis acris pungentis; odoris gravis e Valerianae Camphoraeque odore confuſi.

SPICÆ INDICÆ. NARDI INDICI. Indiſk Spikrod. Indianiſche Spicanardwurz.

Laguri odorati RADICES, ex Oriente advectae, recentes, leves, coma longa praeditae; Cyperum redolentes.

SQUILLÆ. Strandlogrod. Meerzwiebel.

Squillae maritimae in ora maris mediterranei ſponte provenientis, RADIX bulboſa, tunicata, recens, toroſa, ponderoſa; intus albicans; ſucco acri glutinoſo, peramaro dives; non decolor, neque attrita & defricata.

SYMPHYTI. CONSOLIDÆ MAJORIS. Kulſukkerod. Vongſalverod. Schwarzwurz. Wallwurz.

Symphyti officinalis RADIX perennis, ramoſa, in humidis habitans.

TARAXACI. Lovetand. Präſtekrone Munkehovedrod. Fivel. Kabbelaup. Laxeblomſterrod. Pfaffenröhrlein. Löwenzahn. Löwenkrautwurz.

Leontodos Taraxaci RADIX perennis, oblonga, ramoſa, minimi digiti craſſitiei; foris ſubfuſca, intus pallida; ſaporis amaricantis Recens verno colligatur tempore. Flor. Dan. 574.

TORMENTILLÆ. Tormentill Rodme.

Mundſkaalerod. Tepperod. Blo-drod. Tillerod. Tolvmandsrod. Tormentillwurz.

Tormentillae erectae RADIX perennis, tuberoſa, pollicem craſſa; coloris extus ruffi, intus ex flavo aut fuſco rubentis; ſaporis auſteriusculi; in arenoſis luxurians. Flor. Dan. 589.

TURBITH. Turbithrod. Turbithwurz.

Convolvuli Turpethi RADCES, ex Inſula Ceylon & Malabaria advectae, reſinoſae, albicantes, non rugoſae, nec carioſae; ſaporis ſubacris, nauſeoſi.

VALERIANÆ SYLVESTRIS. Baldrian. Dienrod. Valerian. Wild Nardus Belandsrod. Benderod. Bend-mosrod. Kleiner Baldrian.

Valerianae officinalis Radix fibroſa, praemorſa, in ſylvis, ad ſepes & in hortis habitans. Sit tenuis, fibris piloſis hirta, tenax, e pullo obſolete vireſcens. Rejiciatur craſſior, minus piloſa, magis lignoſa, fragilis, e cinereo caſtanei coloris. Cum ſubtilis radicis hujus virtus facile in auras avolet, a ſqualore liberata & probe ſicca, in vaſe vitreo probe clauſo arctiſſime compingenda, & loco ſicco frigidoque ſervanda eſt. Flor. Dan. 570.

URTICÆ. Nelde - Nåldebrånde-Nott - Brånde håtterod. Neſſelwurz. Brenneſſelwurz.

Urticae dioicae RADIX perennis, lignoſa, nodoſa, geniculata, fibroſa, digitum craſſa: coloris pallide flaveſcentis, ſaporis leviter amaricantis.

ZEDO-

Zedoariæ. Zitverrod. Zitwer.

Kaempferiae rotundae Radix nodoſa, brevi, quodammodo compreſſa, paucis fibris intertexta, digitum craſſa, ex Indiis allata. Eligatur ponderoſa, dura, tenax, probe ſicca, tota cinerea, egregie fragrans & camphorati quid ſpirans.

Zingiberis. Ingever. Ingfer.

Amomi Zingiberis Radix ex Indiis advecta, brevis, tuberoſa, nodoſa, ramoſa, paululum compreſſa; coloris extus albidi, ſublutei, aut ex fuſco rubelli, intus albicantis; ſaporis valde acris, aromatici. Sit ponderoſa, minus fibroſa, non carioſa.

CANONES GENERALES.

I. Annuæ Radices, quarum parciſſima tamen in noſtris Pharmacopoliis copia eſt, evellantur antequam caules floresque protrudant. Biennes altero, ex quo ſata ſunt ſemina, vere eruantur. Si vero inopia urget, autumno ejusdem anni, quo ſata ſunt, poſtquam folia caulesque emarcuere, colligi poſſunt. Perennes perinde eſt, vere an autumno effodiantur. Autumno tamen pleraeque ſunt, ſi non efficaciores, certe aquoſo ſucco non adeo turgidae.

II. In delectu Radicum ſpongioſae, farinaceae, carioſae, inprimis vero exſucco Cortice tectae, rejiciantur. Bonitatem enim Radicum determinat perfectus toroſusque corticis habitus.

III. Quæ principiis aromaticis & reſinoſis praeditae ſunt Radices, lotione non purgentur. Sufficit, ſi de modice ſiccatis pulveres ſordesque excutiantur.

IV. Prægrandes & ſucculentae Radices in taleolos diſſectae ſerventur.

V. Siccentur cito Radices, aut loco calido ventis perflato, aut fornacis leni cautoque calore.

VI. Siccatæ frigido ſiccoque ſerventur loco, ne ſitum mucoremque contrahant, aut uredine atque carie exedantur. Fragrantes vitreis coerceantur vaſis.

VII. Patriæ noſtrae inquilinae, tum ſucculentae, multum gummoſae, tum etiam ſubtilibus & facile avolantibus viribus praeditae, quotannis recentes legantur aut arceſſantur.

VIII. Quibus ſiccatis exigua, recentibus vero multa virtus eſt, ut *Armoraciae*, *Iridis*, *Ari*, *Scillae*, *Bryoniae*, illae opportuna tempeſtate collectae, ſabulo ſicco reconditae, ſerventur.

III. LIGNA. CORTICES. STIPITES.

Aloes. Agallochum. Paradisträ. Paradisholz.

Agallochi Lignum, in Siamenſi, Cambodiae & Sinenſi regnis reperiundum. Seligantur fruſta ſolida, denſa, reſinoſa, nigro-purpurea, ponderoſa, amara; odoris, dum accenduntur aut durius perfricantur, fragrantis. Raro genuinum adfertur.

Aspalathum Officinale. Rhodiſerträ. Rhodiſerdornholz.

Aſpalathi Linn. Mat. med. 524. Ligni fragmenta reſinoſa, Ligno Aloes leviora, laxiora & pallidiora, ex India orientali advecta.

Aurantiorum Cortex. Vid. Fructus.

Buxi.

Buxi. Buxbomträ. Buxbaumholz.

Buxi Lignum.

Campescanum. Campeſketrä. Campeſchenholz.

Haematoxyli Campeſcani Lignum durum admodum & compactum; coloris rubri; ſaporis dulcis, adſtringentis.

Cascarillæ, Eleutherii. Kaſkarille. Schaccarille.

Croton Caſcarillae? Cortex ex America allatus, coloris extus cinerei, intus e ferrugineo fuſci, quem etiam comminutus ſeruat; ſaporis amari, multum aromatici; odoris, inprimis cum incenditur, gratiſſime fragrantis. Praeſtat ponderoſus, diffractus particulis reſinoſis ſplendens.

Cassiæ Caryophyllatæ. Nellikebark. Nelkenrinden. Nelkenzimmt.

Myrthi caryophyllatae in India occidentali provenientis, Cortex tenuis, ex ruffo ferrugineus, in modum tubuli convolutus, ſaporis & odoris caryophyllacei.

Cassiæ Ligneæ. Moderkancelbark. Mutterzimmt.

Lauri Caſſiae Cortex, Cinnamomi ſimilis, ſed odore, ſapore, virtute debilior, ex Malabaria allatus.

Cinnamomi. Kanel. Zimmt. Canel.

Lauri Cinnamomi Cortex interior. Laudantur cortices tenelli, tenues; longe cannulati, coloris e croceo lacte fulvi, fragrantes; ſaporis acris aromatici, cum multa dulcedine & parco adſtrictionis ſenſu.

Citri

CITRI CORTEX. Vid. Fructus.

CULILAVAN. Bedſke Kaneelbark. Bittere Zimmetrinde.

Arboris amboinenſis CORTEX, pennae anſerinae craſſitiem vix aequans; odoris fortiter caryophyllacei; ſaporis admodum aromatici, mucilaginoſi, ſubadſtringentis; coloris extus dilute gryſei, intus pallide rubri, lateritii.

DULCAMARÆ. Bitterſøde. Hundebår. Troldbår. Knipplyng. Bitterſüß. Alfranken.

Solani Dulcamarae, ad foſſas, & in locis paludoſis habitantis, STIPITES, vel potius Cortex radicis & ligni.

FRANGULÆ. Torſtetræ. Brakald. Olſuckhæg. Troldæg. Hundehæg. Troldkierringhæg. Hundveed. Faulbaum. Hundsbaum. Zapfenholz.

Rhamni Frangulae CORTEX medius. Praeſtat radicum Cortex flaveſcens, amaricans. Flor. Dan. 278.

FRAXINI. Aſk. Eſchenbaum.

Fraxini excelſioris CORTEX ex cinereo palleſcens, ad viriditatem inclinans; ſaporis acris, amari, adſtringentis.

GRANATORUM CORTEX. Vid. Fructus.

GUAJACI. Pokkentræ. Guajac. Franzoſenholz.

Guajaci officinalis LIGNUM & CORTEX; illud extus fulvum, intus obſolete viride; hic e cinereo fuſcus & e viridi variegatus, minus ligno efficax. Utrumque quo magis eſt ponderoſum &

reſinoſum, eo eſt melius. Sapor ſit amarus, ſubacer, parum aromaticus. Carbonibus injectum non ingratum ſpargat & aromaticum odorem. Subſidat in aqua. Quod coloris dilutioris eſt, exoletum & vetuſtum habeatur. Adfertur e nova Hiſpania & Inſulis Americae.

JUNIPERI. Enebärträ. Jenbärträ. Ene. Ener. Eine. Briſk. Bruſe. Nädka. Goſkas. Wacholderholz.

Juniperi communis LIGNUM album, ſolidum, fragrans, aut trunci aut radicis. Lignum radicis, quippe odoratum magis & efficax, priori praeferendum eſt.

PERUVIANUS. CHINACHINÆ. Kina. Chinarinde. Fieberrinde.

Cinchonae officinalis CORTEX, ex America auſtrali advectus. Variae dantur ſpecies: e rubro ferruginea (Caſcarilla colorada): e Cinnamomeo ruffa (Caſcarilla amarylla); alba, craſſa, fungoſa (Caſcarilla blanca); externe denique alba, intus cinnamomea, quae viliſſima ſpecies frigidiori ſub cœlo germinat (Caſcarilla creſpilla). Utraeque priores adhibeantur, rejiciantur vero duae poſteriores. In ſelectu autem cautiſſime verſandum eſt. Sapor ſit amarus cum adſtrictione aliqua, diu linguae inhaerente, inprimis vero ſapore ſuo ſpecifico *mucido* ſe diſtinguat. Non ſit parum ſapidus, neque ſaporis viſcidi, neque impenſe ſtypticus & nauſeoſe amarus, uti occurrit in ſpecie viliori, aliarum arborum corticibus remixta, & ſubinde Aloes ſolutione imbuta. Odor ſit paulum aromaticus, ſpecifice mucidus, quem notabilem exhibet

aduſta

affuſa pulveri aqua bulliens. Non vero nullus ſit, neque putridus, nauſeoſus odor, quem ſpargit haud rite ſiccatus, aut in navi madefactus & corruptus Cortex. Tenuis ſit, certe craſſitudinis mediae; gravis tamen pro voluminis ratione. Neque laevis ſit facies externa & quaſi polita: ſed ſcabra, ſubfuſca, & Lichene albo cinereo hinc inde obducta; non nigra, qui corrupti Corticis color; neque pallide flava, qui Blancae & Creſpillae eſſe ſuevit; neque laete rutilans, cujusmodi de aliis arboribus deglubitur. Internus color ſit paucillum Cinnamomo obſcurior, magisque obſoletus aut ferrugineus. Digito tentatus non tenax ſit aut fungoſus, neque in fibras lignoſas decerpatur, aut in farinam carioſam dehiſcat; ſed compactus ſit, aequaliter fragilis, & ad ſolem moleculis micantibus reſplendeat. Decoctum Corticis aquoſum, adhuc calidum vitro inditum ruffeſcat, frigefactum vero palleſcat. Lignum Cortici forte adhaerens, ſtudioſe ſeparandum eſt. Qui in pulvere aliunde advehitur, propter admiſtas particulas lignoſas, fibroſas, pilorum inſtar ſuſpectus, rejiciatur.

QUASSIÆ. Quaſſebark. Surinamiſches Bitterholz.

Quaſſiae amarae LIGNUM ſubalbidum, compactum & valde amarum. Praefertur ab Ill. de *Linne* Lignum Radicis, quod colore ſubfuſco a Ligno trunci, cujus color albus eſt, facile dignoſcitur.

RHAMNI CATHARTICI. CERVISPINÆ. Korsbärtorn. Brietorn. Bigretorn. Bie-

Viebårtorn. Hiortetorn. Jyttel-bårtorn. Träet hvorved Fanden ſlaaede Gieten. Creutzbeer-Weichdorn.

Rhamni cathartici CORTEX.

RHODIUM. Roſenträ. Roſenholz.

Geniſtae canarienſis LIGNUM radicis durum, reſinoſum; ſaporis ſubamari. Eligatur ponderoſum; odoris fragrantis, roſei.

SALICIS ALBÆ. Hviid Piil. Weiſſe Weiden.

Salicis albae CORTEX.

SAMBUCI MEDIUS. Hyld. Hollunder-Rinde.

Sambuci nigrae CORTEX verno tempore detrahendus medius, qui externum cineritii coloris ſequitur, viridis.

SANTALI FLAVI. Guul Sandel. Gelber Sandel.

Santali albi LIGNUM ex Indiis advectum, coloris eleganter citrini, denſum, ponderoſum, reſinoſum; odoris grati ex Moſcho & Ambra confuſi; ſaporis amari, aromatici.

SANTALI RUBRI. Rod Sandel. Rothes Sandelholz.

Caeſalpiniae ſpeciei LIGNUM ex America allatum, pro tingendo inſerviens. Sit ſaporis acerbi, adſtringentis; coloris ſanguinei.

SASSAFRAS. Saſſafras. Fenchelholz.

Lauri ſaſſafras LIGNUM cum cortice. Lignum ſit obſolete rubrum, leve, ſpongioſum; odoris Foeniculi, tectum cortice ferrugineo aſpero; ſaporis Foeniculi, ſed validioris. Prunis injectum

crepi-

crepitet inſtar Salis communis. Vis major ineſt fruſtis ramuſculorum inprimis radicis parvis, dilutioris coloris, quam trunci majoribus. Advehitur ex America.

SIMARUBÆ. Simarube. Simarube. Kuhrrinde.

Arboris piſtaciae ſimilis CORTEX ex Gujana advectus, tum trunco, tum radici detractus. Qui a radice deglubitur, praeſtantior eſt, & fibris ſuccifis diſtinguitur. Eſt coloris dilute gilvi, tenax & flexilis fere ac ſequax; ſaporis amaricantis & leniter adſtringentis. Pars lignoſa adhaerens, ut iners, abjiciatur; neque vetuſtior. lignoſus & obſcuri coloris Cortex ſervandus eſt.

TAMARISCI RADICIS. Klaaved. Tamarisken Rinde.

Tamaricis Gallicae radicis CORTEX tenuis; coloris obſcure fuſci, intus ferruginei; ſaporis auſteri, amari, adſtringentis.

THURIS. THYMIAMATIS. Sort Wirakbark. Weyhrauch-Rinde. Juden-Weyhrauch.

Styracis Thymiamae CORTICES coloris ferruginei; ſaporis acris, aromatici & amari; odoris ſuavis, ad Styracis & Balſami Peruviani accedentis. Praeferuntur Cortices pingues, odorati, craſſiores. Ex India orientali advehuntur.

VISCUS QUERNUS. Fugleliim. Meſtertiene. Wintergront med ſmale Blade. Eichenmiſtel.

Viſci albi paraſiti quercuum aliarumque arborum LIGNUM cum CORTICE, FOLIIS & BACCIS. Vetuſtius Viſcum, utpote adſtringens & balſamicum, juniori praeſtat.

WIN-

WINTERANUS. Hviid Caneel. Winterrinde.

Winteranae Canellae. CORTEX externe cinereus, interne coloris Cinnamomeo parumper obſcurioris, compactus; ſaporis peracris aromatici; odoris non ingrate aromatici. E terra Magellanica adfertur.

CANONES GENERALES.

I. STIPITES verſus Autumnum, quo tempore ſucco efficaci, probe cocto ſcatent, reſecentur.

II. CORTICES e fruticibus Autumno ex arboribus adulta hyeme, accedente vere, deglubantur.

III. LIGNA hiberno ſuccidantur tempore.

IV. HERBAE. FOLIA. GEMMAE.

ABROTANI, Abrod. Eberraute. Stabwurzkraut.

Artemiſiae Abrotani HERBA in hortis culta.

ABSYNTHII. Malurt. Wermuth.

Artemiſiae Abſynthii HERBA, in ruderatis, aridis proveniens, Auguſto colligenda.

ABSYNTHII ROMANI. Romerſk Malurt. Römiſcher Wermuth.

Artemiſiae Ponticae HERBA, gratior vulgari, in hortis culta, in Hungaria & Pannonia habitans.

ACETOSÆ. Syre. Sauerampf.

Rumicis Acetoſae FOLIA recentia, primo vere colligenda.

ACETOSELLÆ. Suurklever. Giogemad. Giogeurt. Sauerklee.

Oxalidis Acetoſellae HERBA recens.

ACONITI. Stormhat. Blaamunke. Munkehätte. Narrenkappen. Münchskappen. Eiſenhütlein. Blauer Sturmhut.

Aconiti Napelli HERBA recens, plerumque in hortis culta, ſed in Seelandia & Lalandia etiam ſponte creſcens, Julio colligenda.

AGERATI. EUPATORII. Leverbalſamurt. Lebensbalſamkraut.

Achilleae Agerati HERBA, Galliae Narbonenſis & Hetruriae indigena, in hortis culta.

AGRIMONIÆ. Agermaane. Katteſtiert. Svinerumpe. Aakermenni. Odermennig.

Agrimoniae Eupatoriae HERBA, in pratis apricis argillaceis creſcens, Junio colligenda. Flor. Dan. 588.

ALCHIMILLÆ. Synav. Lovefod. Vor Frue Kaabe. Kaapegräs. Marikaabe. Mariſtak. Sinnau. Löwenfuß. Frauenmantel. Groſſe Sanicul.

Alchimillae vulgaris FOLIA, in paſcuis & pratis humidis creſcentia, Majo colligenda.

ALTHEÆ. Althee. Eibiſchkraut. Heilkraut.

Altheae officinalis FOLIA, in hortis culta & ſponte hinc inde provenientia, Julio colligenda. Flor. Dan. 530.

ANAGALLIDIS. Rodarve. Gaaſeheel. Grine ved Dag. Grine ved Middag. Gauchheil. Vogelkraut. Hünerdarm.

Ana-

Anagallidis arvenſis FOLIA & flores, Julio colligenda. Flor. Dan. 88.

ANSERINÆ. POTENTILLÆ. Gaaſeurt. Gånſerich. Silberkraut.

Potentillae Anſerinae HERBA, Junio menſe colligenda, in paſcuis & argilloſis proveniens. Flor. Dan. 544.

ANTIRRHINI. Torſkeflab. Hundehoved. Löwenmäulerkraut.

Antirrhini orontii HERBA, in agris & arvis creſcens, Junio colligenda.

ARNICÆ. DORONICI MONTANI. Wolverley. Guldblomme. Heſteblomme. Gionſockblomme. Heſtſoloie. Stokſväve. Ollkonge. Fallkraut. Wulferley.

Arnicae montanae HERBA cum FLORIBUS, quae e montuoſis Bohemiae & Saxoniae locis allata, propter validiorem odorem, alibi creſcenti praefertur. Non confundenda eſt cum *Conyza media, Aſtere flore luteo* (Inula dyſenterica): Arnicae folia magis ſunt ovata, integra nervoſaque, Plantaginis inſtar; Conyzae vero oblonga, ſubtomentoſa. Flor. Dan. 63.

ASARI. Haſſelurt. Haſelwurzkraut.

Aſari Europaei FOLIA, in dumetis & circa radices Corylorum perpetuo virentia, in Scania creſcentia, Majo & Junio colligenda.

ASPLENII. Liden Hiortetunge. Klein Hirſchzungen. Milzkraut.

Aſplenii Ceterach HERBA, in Italia & Wallia proveniens.

AURANTIORUM. Pomerantzblade. Pomeranzenblätter. *Citri Aurantii* FOLIA.

BASILICI. Baſilken. Baſilienkraut. *Ocymi Baſilici* HERBA in hortis proveniens.

BECCABUNGÆ. Lemmike. Ledmye. Beckbung. Bachbungenkraut.

Veronicae Beccabungae HERBA recens, ad rivulos habitans. Flor. Dan. 511.

BELLADONNÆ. Natſkade. Nachtſchatten. Tollbeeren.

Atropae Belladonnae FOLIA, in hortis culta, Auſtriae & Angliae indigena, cum cautela ſeorſim ſiccanda, cavendo ne quid aliis herbis immiſceatur. Proveniunt pariter in Falſtria, & Junio colliguntur.

BETONICÆ. Batonie. Batonien. Zehrkraut.

Betonicae officinalis FOLIA, Junio menſe colligenda.

BONI HENRICI. Stolte Henrik. Aldgode. Guter Heinrich. Schmerbel.

Chenopodii Boni Henrici HERBA recens, in ruderatis creſcens, Majo colligenda. Flor. Dan. 579.

BORRAGINIS. Borrasurt. Borretſchkraut.

Borraginis officinalis HERBA, in hortis culta.

BRANCÆ URSINÆ VERÆ. Biornelabbe. Biorneklov. Bärenklauen. Bärentatzenkraut.

Acanthi mollis HERBA, in pratis humidioribus proveniens, Junio colligenda.

BUGLOSSI. Oxetunge. Ochſenzungenkraut

Anchu

Anchuſae officinalis Folia & Flores, ad ruderata, vias, agros, Majo colligenda. Flor. Dan. 572.

Capilli Veneris. Venushaar. Frauenhaar.

Adianthi Capilli Veneris Herba, ex Italia & Gallia Narbonenſi allata.

Cardui Benedicti. Corbenedikt. Cardobenedikten.

Cnici Benedicti Herba, in hortis culta, colligenda quo tempore flores protrudere coepit.

Chærefolii. Koervel. Kyrvel. Kerbel.

Scandicis Cerefolii Herba recens, in hortis omni, qua fieri poteſt tempeſtate colenda, ſicca etiam ſervanda.

Chamædryos. Gamanderurt. Gamanderlein.

Teucrii Chamaedryos Herba, folio ovato inciſo crenulato petiolato, cujus loco non raro in officinis *Veronica Chamaedrys*; odore Chamaedryos orbata, in pratis proveniens. Majo colligatur.

Chamæpityos, Ivæ Arthriticæ. Slagurt. Schlagkraut. Je länger je lieber.

Teucrii Chamaepityos Herba, in hortis culta, Italiae, Galliae Angliae, Hungariae & Helvetiae indigena; odoris balſamici terebinthinacei.

Chelidonii Majoris. Svaleurt. Celidon. Groß Schellkraut. Schwalbenkraut.

Chelidonii majoris Herba, in ruderatis ger-

 minans,

minans, recens modo in uſum vocanda, cum ſiccata nullarum virium ſit. Flor. Dan. 542.

CICUTÆ TERRESTRIS. Skarntyde. Schierling.

Conii maculati HERBA, in agris, ruderatis creſcens, menſibus Junio & Julio, antequam flores protruſit, colligenda, caule laevi, glabro, maculato, foliis obſcure viridibus, ſingularis foetoris, a reliquis Cicutae ſpeciebus diſtinguenda. Pro Emplaſtro conficiendo, praefertur merito a Linnaeo *Cicuta aquatica* Wepferi Flor. Dan. 208.

COCHLEARIÆ. Skeeurt. Strandſkeeurt. Skiorbugsurt. Cochlearie. Finmarkekaal. Stort Erichsgräs. Löffelkraut.

Cochleariae officinalis HERBA recens. Flor. Dan. 135.

CONSOLIDÆ MAJORIS. Kulſukkeurt. Kongſalveurt. Wallwurzkraut.

Symphyti officinalis HERBA, in locis humidis, circa foſſas pratorum proveniens, Majo colligenda.

CONSOLIDÆ REGALIS. CALCATRIPPÆ. Ridderſpore. Haneſpore. Blaa Haneſod. Wilder Ritterſporn.

Delphinii Conſolidae HERBA, in agris proveniens, Junio colligenda.

CUSCUTÆ. Stor Horſilke. Flachsſeiden. Filzkraut.

Cuſcutae Europaeae HERBA. Auguſto colligenda. Flor. Dan. 199.

DA-

Daturæ. Stramonii. Galurt. Stech-apfel. Tollkraut. Stachelnuß-Kraut.

Daturae Stramonii Herba. Flor. Dan. 436.

Dictamni cretici. Diptam. Cretiſcher Diptam.

Origani Dictamni Folia ex Creta advecta, tomentoſa, recentia, odorata. Pro Theriaca modo adhibentur. Recentia Folia praeſtans exhibent Oleum eſſentiale.

Equiseti Minoris. Studekná. Råverumpe. Katzenwedel. Schaafheu. Zinnkraut.

Equiſeti arvenſis Herba, in pratis & agris creſcens, Junio colligenda.

Erysimi. Vild Senep. Wilder Wegſenf.

Eryſimi officinalis Herba, in ruderatis habitans, Majo colligenda. Flor. Dan. 560.

Euphrasiæ. Dientroſt. Augentroſt.

Euphraſiae officinalis Herba, Julio colligenda.

Fumariæ. Jordrøg. Aaker Siſſel. Erdrauch. Taubenkropf.

Fumariae officinalis Planta recens, in agris reperiunda, Majo colligenda.

Gallii Lutei. Tråttegrås. Klammerurt. Marie Senghalm. Guul Mour. Jomfrue Marie Sengfoor. Marie Fågre. Opſkreed Fågre. Meyerkraut. Waldſtroh. Bettſtroh.

Gallii veri Herba, in rudetis creſcens, Junio & Julio colligenda.

Genistæ, Gyel. Gyſvel. Ginſter. Gienſten,

 Spartii

Spartii ſcoparii HERBA, in arenoſis proveniens, Junio colligenda. Flor. Dan. 313.

GENTIANELLÆ. Liden Enzian. Kleiner Enzian.

Gentianae Amarellae HERBA, in pratis habitans, Julio colligenda. Flor. Dan. 328.

GERANII MOSCHATI. Desmerſtorkeneb. Biſamkraut.

Geranii cicutarii HERBA, in ſterilibus proveniens, quae cum vires facile perdit, quotannis recens colligenda, menſe Majo.

GERANII ROBERTIANI. Robertsurt. Stinkende Storkeneb. Stinkende Skovſlock. Stinkender Storchſchnabel.

Geranii Robertiani HERBA, in rupibus borealibus creſcens recens quotannis Majo colligenda.

GRATIOLÆ. Gudsnaadesurt. Gottesgnadenkraut.

Gratiola officinalis HERBA, in uliginoſis humidisque creſcens, recens quotannis colligenda. Flor. Dan. 363.

HEDERÆ TERRESTRIS. Jordvedbende. Gundermann. Huder.

Glechomae hederaceae HERBA, ad ſepes & aggeres ubique obvia, Aprili colligenda.

HEPATICÆ NOBILIS. Adelklefver. Edel-Leverurt. Blaa Simmer. Leberkraut. Güldenklee.

Anemones hepaticae FOLIA, in ſylvis & dumetis provenientia, Aprili colligenda.

HERNIARIÆ. Piſſeurt. Harnkraut. Bruchkraut.

Her-

Herniariae glabrae HERBA, in apricis, glareoſis, ſiccis creſcens, Junio & Julio colligenda Flor. Dan. 529.

HORMINI. Skarleurt. Scharlachkraut.

Salviae Hormini HERBA, in hortis culta.

HYOSCYAMI. Fandensnoſſer. Fandenspunger. Honſebane. Bulmeurt. Horſetänder. Soebonne. Bilſenkraut.

Hyoſcyami nigri HERBA, in ruderatis, pinguibus proveniens, Julio colligenda, recens, pro Emplaſtro & Extracto.

LAURI. Loorbärblade Lorbeerblätter.

Lauri nobilis FOLIA recentia, fortiter olida, non effoeta, coloris obſolete flavi, e gilvo olivaris.

LINARIÆ. Horrurt. Vildhor Torſkemund. Torſkeflab Stranneblom. Dodningehoved. Leinkraut. Stallkraut.

Antirrhini Linariae FOLIA, in ruderatis provenientia, Julio colligenda.

LINI CATHARTICI. Vildhor. Purgeerliin. Purgier-Flachs. Klein Leinkraut.

Lini cathartici HERBA, in paſcuis montoſis Julio & Auguſto florens.

LINNEÆ. Marislegräs. Marislegräs. Norislegräs. Noretlegräs.

Linneae borealis HERBA, ex Suecia & Norvagia adveniens. Flor. Dan. 3.

MAJORANÆ. Meiran. Mirrian. Majoran.

Origani Majoranae HERBA, in hortis culta.

Malabathri. Folia Indi. Indianiſke Blade. Indianiſche Blätter.

Lauri Cinnamomi Folia, ex Malabaria advecta, oblonga, acuminata, denſa & glabra, a pediculo ad apicem tribus nervis excurrentibus; odoris grati; ſaporis aromatici. Pro Theriaca requiruntur.

Malvæ. Katteoſt. Käſepappeln.

Malvae rotundifoliae Folia, menſe Majo collecta, non multum adulta.

Mari Veri, Syriaci. Marum verum. Amber. Maſtirkraut.

Teucrii Mari Folia cum petiolis & ſtipitibus, ex Hiſpania allata. Recentia eligantur & fragrantiſſima, non exoleta, neque petiolis & ſtipitibus multis ſcatentia. Electa in ciſta plumbo munita probe obturata ſerventur.

Marrubii Albi, Prasii. Marrube. Weiſſer Andorn.

Marrubii vulgaris Herba, ad ſepes & in ruderatis luxurians, Auguſto & Septembri colligenda.

Matricariæ. Matrem. Mutterkraut.

Matricariae Parthenii Herba cum floribus, in ruderatis & cultis creſcens, Junio colligenda.

Matrisylvæ. Skovmerke. Myſike. Bokar. Bukar. Myske. Waldmeiſter.

Aſperulae odoratae Herba, in umbroſis proveniens, Majo colligenda. Flor. Dan. 562.

Nota. Folia Matriſylvae cum Meliloti floribus mixta, gratiſſimum conſtituunt Errhinum.

Me-

MELISSÆ CANARIENSIS. Canariſk Hiertensfryd. Canariſche Meliſſe.

Dracocephali Canarienſis HERBA.

MELISSÆ CITRATÆ. Citron-Meliſſe. Citron-Meliſſe.

Meliſſae officinalis HERBA, junior & antequam verticillos florentes emittat colligenda. Colitur in hortis.

MELISSÆ TURCICÆ. Tyrkiſk Meliſſe. Türkiſche Meliſſe.

Dracocephali Moldavicae HERBA, quae pro oleo ſtillatitio parando requiritur.

MENTHÆ CRISPÆ. Kruſemynte. Krauſemünze.

Menthae criſpae HERBA, colligenda antequam ſpicam florentem protrudat. In hortis provenit.

MENTHÆ PIPERITIDIS. Pebermynte. Pfeffermünze.

Menthae Piperitae HERBA, in hortis culta.

MENTHASTRI. Aakermynte. Vildmynte. Horſemynte. Agermynte. Kornmynte. Vild-Poley. Bachmünze.

Menthae arvenſis FOLIA, in agris provenientia, Julio colligenda. Flor. Dan. 484.

MERCURIALIS. Hanbingel. Bingelurt. Bengelkraut. Hundskohl.

Mercurialis annuae FOLIA, in hortis & campis provenientia, Aprili colligenda. Flor. Dan. 400.

MYRRHIDIS MAJORIS. CICUTARIÆ ODORATÆ. Vellugtende Korvel. Wohlriechender Kerfel.

Scan-

Scandicis odoratae HERBA, in hortis culta, Junio florens.

NASTURTII AQUATICI. Vandkarſe. Brunnenkreß.

Siſymbrii Naſturtii aquatici HERBA recens.

NEPETÆ. Katteurt. Siſſenbrant. Katzenmünz.

Nepetae catariae FOLIA, in rudetis provenientia, Julio & Auguſto colligenda. Flor. Dan. 580.

OREOSELINI. SESELI. DAUCI. Vilde gule Røder. Grundheil Bergpeterſilien.

Athamantae Oreoſelini HERBA, in collibus apricis germinans, Junio colligenda.

ORIGANI. Vild Meiran. Toſtkonning. Roſpons. Skaarekonge. Bergkonge. Bergmynte. Skoomynte. Skarmynte. Klevhumle. Vildmynte. Brauner Doſten. Winter-Majoran.

Origani vulgaris HERBA, in dumetis creſcens, Julio colligenda.

PARIETARIÆ. Dag og Nat. St. Pedersurt. Tag- und Nacht-Kraut. St. Peterskraut. Nachtkraut.

Parietariae officinalis FOLIA, in ruderatis creſcentia, Julio colligenda. Flor. Dan. 521.

PERSICÆ. Pferſkeblade. Pfirſichblätter.

Amygdalae Perſicae FOLIA tenella.

PETROSELINI. Perſille. Peterſilie.

Apii Petroſelini HERBA recens, quamdiu obtineri poterit. Servetur pariter ſicca.

PHYTOLACCÆ.

Phy-

Phytolaccae Americanae HERBA, in hortis culta.

PINGUICULÆ. SANICULÆ MONTANÆ. Viibeſit. Haarvåxt. Tättegräs Melkekors. Butterblume. Butterkraut. Kiwittsfett.

Pinguiculae vulgaris HERBA, in uliginoſis proveniens, Majo colligenda. Flor. Dan. 93.

PINI, vulgo STROBILI. TURIONES. Granknöpper. Junge Tannenknoſpen.

Pini Abietis tenelli e frondibus APICES, non niſi recentes menſe Majo adhibendi. Flor. Dan. 193.

PLANTAGINIS MAJORIS. Veibred. Faaretunge. Groeblad. Groeblokke. Wegerich. Fünfaderblatt.

Plantaginis latifoliae FOLIA, menſe Majo colligenda. Flor. Dan. 461.

POLII CRETICI. Kretiſk Poley. Cretiſcher Berg-Poley.

Teucrii Cretici HERBA cum floribus, in Creta inſula proveniens. Eligenda recens odorata.

POLYGALÆ. Kaarsblomſter. Creutzblumen.

Polygalae vulgaris HERBA vel planta tota, in pratis & paſcuis ſiccis proveniens, Majo & Junio colligenda. Flor. Dan. 516.

POLYGONI. Veigräs. Hundrede Knuder. Hoenſegräs. Wegtritt. Wegegraß. Blattkraut. Saukraut.

Polygoni avicularis HERBA, in cultis ruderatis habitans, Julio colligenda.

POPULI OCULI. Pappelpiil. Pappelknoſpen.

Populi

Populi nigrae GEMMÆ nondum evolutae, ſucco flaveſcente balſamico turgidae, Aprili menſe decerptae. Praeſtant recentes.

PRUNELLÆ. Brunell. Kierringrock. Blaakolle. Olkale. Gottheyl. St. Antonikraut.

Prunellae vulgaris FOLIA, in paſcuis provenientia, Junio colligenda.

PULEGII. Poley. Poley.

Menthae Pulegii HERBA, Junio & Julio colligenda. In hortis colitur.

PULMONARIÆ MUCULOSÆ. Lungurt. Flecken-Lungenkraut.

Pulmonariae officinalis FOLIA, in nemoribus creſcentia, Aprili & Majo colligenda. Flor. Dan. 482.

PYROLÆ. Winterlilie. Wundlilie. Wintergrün. Holz- oder Wald-Mangold.

Pyrolae rotundifoliae HERBA, Junio & Julio colligenda. Flor. Dan. 110.

QUERCUS. Egeblade. Eichenlaub.

Quercus roboris FOLIA tenella.

RANUNCULI VESICATORII. Froernes Peber. Bandpeber. Brennender Hahnenfuß.

Ranunculi flammulae HERBA, in paludoſis germinans; recens in uſum vocanda.

RIBIS NIGRÆ. Sölbärblade. Schwartz Johannsbeerenblätter.

Ribis nigrae GEMMÆ, cum nidore graveolentes, quae praeciſis ſtipitibus vel ramuſculis, integrae ſiccentur. Flor. Dan. 556.

RORIS

Roris solis. Soeldug. Himmel-dug. Bortegrås. Oiengrås. Ringormgrås. Lunſegrås. Duggrås. Tättegrås. Sonnenthau.

Droſerae rotundifoliae Herba, in humidis & paluſtribus inter muſcos proveniens, Junio menſe colligenda.

Rosmarini. Rosmarin. Rosmarin.

Rosmarini officinalis Folia, in hortis culta.

Rosmarini sylvestris. Wild Rosmarin. Wilder Rosmarin. Heidebienen-Kraut. Poſt.

Ledi paluſtris Folia, in paludibus uliginoſis provenientia, Junio colligenda; non confundenda cum foliis *Myricae Gale*.

Rutæ. Rude. Raute. Wein-Raute.

Rutae graveolentis Herba, recens inprimis adhibenda. In hortis colitur.

Sabinæ. Sevenbom. Sadenbaum. Sevenbaum.

Juniperi Sabinae Folia, vel potius frondium apices, verno inprimis tempore collecti, ſiccati. In hortis coluntur.

Salicariæ. Lysimachiæ Rubræ. Kattteurt. Bokkeblade. Brauner Weiderich. Blauer Fuchsſchwanz.

Lythri Salicariae Herba, ad ripas proveniens, Julio & Auguſto colligenda.

Salviæ. Salvie. Salvey.

Salviae officinalis Folia adultiora, quae efficaciora.

Sam-

Sambuci Turiones. Hyldknopper. Fliederknoſpen. Holunderknoſpen.

Sambuci nigrae Gemmæ.

Saniculæ. Sanikel. Sanikel. Bruchkraut.

Saniculae Europaeae Folia, in ſylvis & montoſis provenientia, Majo colligenda. Flor. Dan. 283.

Saponariæ. Fleſkurt. Såbeurt. Seiffenkraut.

Saponariae officinalis Herba, in arenoſis juxta rivulos & torrentes naſcens, Junio, dum floret, colligenda. Flor. Dan. 543.

Saturejæ. Sar. Saturey. Garten-Jſop. Bohnenkraut.

Saturejae hortenſis Herba, Auguſto menſe colligenda

Scabiosæ. Skabios. Skaburt. Blaahat. Skotten. Rodknap Scabioſen. Apoſtemkraut.

Scabioſae arvenſis Folia, in paſcuis & ad margines agrorum provenientia, Junio & Julio colligenda. Flor. Dan. 447.

Schoenanthi. Kameelſtraa. Cameelheu. Cameelſtroh.

Andropogonis Schoenanthi Herba ex Arabia allata. Eligatur ſpicis inſtructa, ſaporis acris, amaricantis, ſuavis; odoris fragrantis. Pro Theriaca modo inſervit.

Sclareæ. Graakuſe. Scharlachkraut.

Salviae

Salviae Sclareae HERBA, in hortis culta.

SCOLOPENDRII. LINGUÆ CERVINAE. Hiortetunge. Hirſchzungen.

Aſplenii Scolopendrii FOLIA, in hortis & hinc inde ſponte provenientia.

SCORDII. Skordium. Logsurt. Lachenknoblauch.

Teucrii Scordii HERBA, in paludoſis germinans, Junio colligenda. Flor. Dan. 593.

SEMPERVIVI. SEDI MAJORIS. Huusløg. Huusløk Hauslauch.

Sempervivi Tectorum FOLIA recentia, pro ſucco exprimendo Julio menſe colligenda.

SENECIONIS. Kaarsurt. Svineblom. Kong Henrik. Meſter Henrik. Flinken Henrik. Creutzwurzkraut. Grindwurzkraut. Goldkraut.

Senecionis vulgaris HERBA, in cultis, ruderatis, ſucculentis germinans, Aprili colligenda. Flor. Dan. 513.

SENNÆ. Semsblade. Senne. Senesblätter.

Caſſiae Sennae FOLIA, ex Arabia, aut Alexandria advecta. Sint e luteo ſubviridia, parva, ſubovata, in apice multum acuminata, molliuſcula tactu, non ingrate olentia; ſaporis ſubacris, amari, aliquantum nauſeoſi. Impura, maculata, prorſusque flava rejiciantur. Virtute ad Sennam Alexandrinam accedit, ſed nullo modo aequat, *Senna Tripolitana*, cujus folia elegantius ſunt viridia, non adeo acuminata & digito tentanti ſubhirſuta viden-

 tur.

tur. Deterioris adhuc notae eſt *Senna Itala*, cujus folia latiora, obtuſiora, laetius virentia, ſaporis ſubdulcis ſunt & glutinoſi.

SERPILLI. Vild Thymian. Vor Frue Sengehalm. Quendel. Marien Bettſtroh.

Thymi Serpilli HERBA florens, Junio & Julio colligenda. In apricis & aridis habitat.

SOLANI. Svineurt. Sovbär. Nachtſchatten. Saukraut.

Solani nigri FOLIA recentia, inter Braſſicam provenientia, Junio colligenda. Flor. Dan. 460.

SPIGELIÆ. Americanſk Ormeurt. Americaniſches Wurmkraut.

Spigeliae anthelmiae PLANTA tota, e Jamaica & inſulis Gallicis in America, Domingo & Martinica, ut & Danica S. Crucis, vel etiam e Braſilia, ubi ſponte creſcit, petenda.

TABACI. Toback. Toback.

Nicotianae Tabaci FOLIA, probe ſicca, flava, nondum contorta.

TARAXACI, DENTIS LEONIS. Lovetand. *Vid. Radix.* Pfaffenröhrchen. Hundeblume.

Leontodos Taraxaci PLANTA omnis cum radice, recens in uſum vocanda. Flor. Dan. 574.

TERTIANARIÆ. Feberurt. Liden Fredlos. Blaa Stierneurt. Fieberkraut.

Scutellariae galericulatae HERBA, in humidis proveniens, Junio & Julio colligenda.

THLASPI ARVENSIS. Pengeurt. Pengegräs. Pfenningkraut. Klaffer.

Thla-

Thlaſpi arvenſis HERBA, in agris proveniens, Majo colligenda.

THYMI VULGARIS. Thymian. Thymian.

Thymi hortenſis HERBA.

TRIFOLII FIBRINI. Bukkeblade Beſke Klever. Gedeklov. Bitterklee. Dreyblatt.

Menyanthis trifoliatae FOLIOLA tenera, adhuc convoluta, ſucco lacteſcente ſaponaceo turgida; menſibus Majo & Aprili in pratis colligenda. Flor. Dan. 541.

TUSSILAGINIS. Heſtehov. *Vid. Radix.* Huflattich.

Tuſſilaginis Farfarae, in humidis provenientis FOLIA, non adeo adulta, Majo menſe colligenda.

VERBENÆ. Jernurt. Hofveurt. Eiſenkraut. Taubenkraut.

Verbenae officinalis HERBA, juxta ſepes & muros creſcens, Junio & Julio colligenda.

VERONICÆ. Veronica. Aerenpriis. Barsleik. Flesmegrås. Norſk Thee. Ehrenpreis.

Veronicae officinalis HERBA, in arboretis & dumetis, ſiccoque in ſolo germinans, ſtrigoſo tomentoſa; his notis ab aliis Veronicae ſpeciebus diſtinguenda, Junio & Julio colligenda. Flor. Dan. 248.

VIRGÆ AUREÆ. CONSOLIDÆ SARACENICÆ. Gyldenvundurt. Aedelvundurt. Guldriis. Gyldenriis. Sougrås. Akeloje. Heidniſch Wundkraut.

Solidaginis virgae aureae HERBA, in paſcuis

ſiccis provenieńs, cum Coma florente Auguſto menſe colligenda.

URTICÆ MINORIS. Nelde. Brende. Nott. Brendehätte. Brennneſſeln. Heiter-Neſſeln.

Urticae urentis HERBA Junio colligenda.

UVÆ URSI. Meelbär. Meelbarrus. Miolbär. Miolnebär. Sandbeere.

Arbuti Uvae Urſi FOLIA oblongo-ovata, ad baſin anguſtiſſima, ſubtus venis obſcurioribus praedita; his notis diſtinguenda a *Vaccinio Vitis Idaea*, de qua vid. *Fructus*. Flor. Dan. 33.

VULVARIÆ. Stäggan. Wuhlkraut. Buhlkraut.

Chenopodii Vulvariae HERBA, in cultis oleraceis habitans.

CANONES GENERALES.

I. TURIONES Gemmaeque primo vere, quo tempore turgidulae ſunt & ante explicationem foliorum decerpantur.

II. HERBÆ colligantur adultae cum foliis rite expanſis, antequam flores ſeſe explicuerint. Quae ſemper virent, qvovis tempore colligere licet, vernum tamen praeſtat.

III. FOLIA colligenda ſunt tempeſtate ſicca, non diu poſt ortum ſolis, ſimulac rorem, quo nocte caneſcunt plantae, Solis radii diſſipaverint. Decerpantur vero poſtquam defloruit & antequam maturuit planta.

IV.

IV. Herbæ indigenae quotannis recentes comparari debent. Effoetae ſuperſtites pro Sale Alcali Herbarum parando adhiberi poſſunt.

V. Exsiccatio Herbarum citiſſime fiat, aut calido, umbroſo & ab aere perflato loco, aut lento cautoque fornacis calore.

V. FLORES ET COMAE FLORIDAE.

Acaciæ Nostratis. Slaatornblomſter. Kreigebärblomſter. Schleeblüthe.

Pruni ſpinoſae Flores, Aprili menſe colligendi.

Anthos. Rosmarinblomſter. Rosmarinblüthe.

Rosmarini officinalis Flores, vel potius Coma florens.

Arnicæ. Bolverley. *Vid. Herba.* Wolferley.

Arnicae montanae Flores papposi. Flor. Dan. 63.

Artemisiæ. Bynke. Graabynke. Graabonne Buggräs. Bue. Buegräs. Graabue. Beyfuß.

Artemiſiae vulgaris Coma florens, in cultis & ad ſepes habitans, Julio colligenda.

Balaustiorum. Granatblomſter. Granatblüthe.

Punicae Granati Flos e roſeo ſpadiceus, in Europa auſtrali & Africae ora collectus. Affertur calice obſcure viridi cinctus. Eligantur Flores magni, obſcure rubri, haud multis calycibus & angulis remixti.

Bellidis Minoris. Gaaſeurt. Tuſind-dyd. Tuſindfryd. Faa til Lifs. Put i Bug. Maaslieben. Gänſeblümlein. Tauſend-ſchön.

Bellidis perennis Flores, Aprili colligendi. Flor. Dan. 503.

Calendulæ. Ringblom. Soelſik. Ringelblumen.

Calendulae officinalis Flores, in arvis creſcentes.

Cardamines. Engekarſe. Wildkarſe. Sogeblomſter. Gauchblume. Wieſenkreſſe.

Cardamines pratenſis Flores, Majo in paſcuis colligendi.

Carthami Tinctorii. Wild Safran. Wilder Safran.

Carthami tinctorii Flores, in hortis culti.

Caryophylli Aromatici. Nelliker. Würz-Nägelein.

Caryophylli aromatici Amboina creſcentis Florum Calyces, cum flore nondum expanſo. Eligantur egregie fuſci, grandes, ponderoſi, e quibus ungue preſſis Olei quid exſudat.

Centaurii Minoris. Tuſindgylden. Agerum. Tauſendgylden.

Gentianae Centaurii minoris Coma florens, in apricis, praeſertim maritimis proveniens, Julio & Auguſto colligenda.

Chamomillæ Romanæ. Romerſke Cameelblomſter. Römiſche Camillen.

Anthe-

Anthemidos nobilis FLOS, ſive ſimplex ſit, ſive plenus, in hortis proveniens.

CHAMOMILLÆ VULGARIS. Cameelblomſter. Cammeelblom. Barbroegràs. Munkekrone. Camillen.

Matricariae Chamomillae FLORES, in agris cultis creſcentes, Julio colligendi, qui a *Cotulae foetidae* floribus dignoſcantur tum odore, tum paleis ſetaceis in Cotulae receptaculo reperiundis.

CHEIRI. Guule Filitter. Gelbe Veilchen.

Cheiranthi Cheiri FLORES, in hortis creſcentes.

COTULÆ FOETIDÆ. Hundeurt. Gaaſeurt. Gaaſedild. Baldersbraa. Baſterblom. Hunds-Kameelblomſt. Siurguld. Gaaſeguld. Gaaſedill. Kröteutill. Hundstill. Hunds-Camillen.

Anthemidos Cotulae FLORES, in ruderatis creſcentes, Julio colligendi.

CROCI. Safran. Safran.

Croci ſativi PISTILLORUM STIGMATA. Proſtat *Crocus Anglicus*, in maſſas orbiculares preſſione coactus, itemque Hiſpanicus. Plerumque vero Gallicus e provincia *Gaſtinois*, aut Auſtriacus ad nos pervenit. Sit coloris Aurantii, recens, neque marcidus tactu, neque humidus; ſed tenax, mollis, pinguis, digitum tamen oleo non inquinans, ſequax, ejusdem intus ac foris coloris; ſaporis amariuſculi; odoris gravis, circum quaque ſe diffundentis; inſignis ratione voluminis levitatis. Adulteratur, inprimis Gallicus, flore Carthami tinctorii, qui colore dilutius luteo facile dignoſcitur. Qui mucidi odoris eſt, rejiciatur.

CYANI COERULEI. Kornblomſter. Kornblumen.

Centaureae Cyani FLORES.

EUPATORII CANNABINI. Flocks. Kunigundsurt. Hiortekiever. Kunigunden-kraut.

Eupatorii Cannabini COMA florens, ad aquas creſcens, Julio colligenda.

FARFARÆ. Heſtehov. *Vid. Herba.* Huflattig.

Tuſſilaginis Farfarae FLORES, in argilloſis, ſubtus humidis, provenientes, Majo colligendi.

GENISTÆ. Gyel. Gyſvel. Ginſter.

Spartii ſcoparii FLORES, in arenoſis auſtralibus provenientes, Julio colligendi. Flor. Dan. 313.

HYPERICI. Piricon. Hypericon. Jordbumle. Blodblomſter. St. Hansurt. Mandeblod. Apotheker Pericom Johanniskraut.

Hyperici perforati COMA florida, in pratis proveniens, antequam flos ſeſe explicuerit, Junio & Julio decerpenda. Quod ejus loco non raro ſubſtituitur Hypericum quadrangulum, caule quadrato herbaceo foliisque non pertuſis dignoſcitur.

HYSSOPI. Iſop. Iſop. Iſpen.

Hyſſopi officinalis COMA florida. Colitur in hortis.

LAMII ALBI. Dod Nelde. Dov Nelde. Blinde Nelde. Acker-Neſſel. Taube-Neſſel. Bienenfang.

Lamii

Lamii albi FLORES, in cultis creſcentes, Julio colligendi. Flor. Dan. 594.

LAVENDULÆ. Lavendel. Lavendel.

Lavendulae Spicae tum latifoliae, tum anguſtifoliae SPICA. Hujus, utpote gratioris, ſiccandus flos eſt; illius pro oleo inſervit.

LILIORUM ALBORUM. Hvide Lilier. Weiſſe Lilien.

Liliorum alborum PETALA, pro oleo parando. In hortis coluntur.

LILIORUM CONVALLIUM Maymaanedsblomſter. Lille Conval. Ryſeblad. Mayenblümchen. Lilien Convallien.

Convallariae majalis COROLLA.

LUPULI. Humle. Hopfen.

Humuli Lupuli COMÆ, Auguſto colligendae.

MALVÆ ARBOREÆ. Katoſt. Katteſtoel. Stockroſen. Pappelroſen.

Alceae roſeae FLORES e violaceo pulli, ſub autumni initium colligendi.

MELILOTI. Amur. Steenklever. Steinklee. Meliloten.

Trifolii officinalis COMA, in campeſtribus habitans, floribus ſive albis, ſive luteis, Julio colligenda.

MILLEFOLII. Rollike. Harhous. Barbrick. Jordhumle. Schaafgarbe. Rölck.

Achilleae Millefolii CORYMBUS FLORIDUS, Julio colligendus.

NAPHÆ. Orangenblomſter. Pomeranzblüthe.

Citri Aurantii FLOS recens.

NYMPHAEÆ ALBÆ. Vasgaas. Aakande. Kierringskrut. Waſſerlilien. Seeroſen.

Nymphaeae albae FLORES, in aquis dulcibus creſcentes, Julio colligendi.

ORIGANI. Vild Meyran. *Vid. Herba.* Brauner Doſten. Winter-Majoran.

Origani vulgaris COMA florida, in rupeſtribus habitans, Julio colligenda, quae a plerisque legitur pro oleo ſtillatitio obtinendo, quod tamen majori largitur copia *Thymus vulgaris*.

PAPAVERIS ERRATICI. Kornroſe. Agerſilke. Rother Mohn. Klatſchroſe.

Papaveris rhoeados FLORES, Junio & Julio colligendi.

PARALYSEOS. Haneleeg. Koedrosvel. Oxedrif. Koedriver. Nogleblom. Vor Frues Noglebaand. Kueſimmer. Batengen. Schlüſſelblumen.

Primulae Veris FLORES, in pratis reperiundi, Aprili & Majo colligendi. Flor. Dan. 434.

PERSICORUM. Perſikeblomſter. Pfirſichblüthe.

Amygdali Perſicae FLORES recentes.

POEONIÆ. Pionroſer. Gichtroſen.

Poeoniae officinalis FLORES, Majo menſe colligendi.

ROSARUM. Roſer. Rothe Roſen. Eßigroſen.

Roſae centifoliae & *albae* PETALA. Colligatur flos nondum explicatus. Abjiciantur calices cum ungulis, germen ac ſtamina.

SAM-

Sambuci. Hyldblomſter. Fliederblumen. Holunderblumen.

Sambuci nigrae Flores. Flor. Dan. 545.

Scabiosæ. Skabios. Skaburt. *Vid. Herba.* Apoſtemkraut. Scabioſen.

Scabioſae arvenſis Flores, in ſolo glareoſo, juxta ſegetes & in pratis creſcentes, Julio colligendi. Flor. Dan. 447.

Spicæ Celticæ. Celtiſk Nardus. Celtiſcher Nardus.

Valerianae celticae Flores, ſeu potius Caudices, in alpibus Helvetiae & Valeſiae provenientes. In hortis coluntur.

Stoechadis arabicæ Stöchasblomſter. Stöchasblumen. Welſcher Lavendel.

Lavendulae Stoechadis Flores, ex Gallia & Italia advecti.

Stoechadis Citrinæ. Evighedsblomſter. Mattenkraut. Steinblume. Schabenkraut. Immerſchön. Reinblume. Flußblume.

Gnaphalii arenarii Flores, Junio & Julio florentes, in hortis provenientes.

Tanaceti. Reinfand. Ormekrud. Tandſue. Reufan. Ringefan. Roſ-konge. Roud Rollik. Reinfahren.

Tanaceti vulgaris Coma florens, in aggeribus proveniens, Julio colligenda.

Tiliæ. Lindblomſter. Lindenblüthe.

Tiliae Europaeae Flores recentes. Flor. Dan. 553.

Tunicæ. Nellikerblomſter. Nelkenblüthe.

Dianthi Caryophylli Flos ſpadiceus.

Ver-

Verbasci. Kongelys. Staaderlys. Wollkraut. Königskerzen.

Verbaſci Thapſi Flores, in glareoſis, ſterilibus creſcentes, Julio & Auguſto colligendi.

Violæ martiæ. Marts = Fioler. Blaue Märtz = Viole.

Violae odoratae Flos recens. Flor. Dan. 309.

Ulmariæ. Modurt. Giedeſkiæg. Mollurt. Sotgrås. Mourt. Miourt. Miurt. Maggrås. Korsgrås. Kallgrås. St. Hansgrås. Geißbart.

Spiraeae Ulmariae Flores recentes, in pratis uliginoſis, umbroſis provenientes, Julio colligendi. Flor. Dan. 547.

CANONES GENERALES.

I. Flores decerpantur nuper expanſi, certe antequam antherarum pollinem exploſerint, eo tempore ubi radii ſolis rorem diſſipaverint.

II. Coma florens colligenda dum flos explicari incipit.

III. Siccentur ut herbae, & quidem quam fieri poteſt citiſſime.

VI. SEMINA.

Abelmosch. Desmerkorn. Biſamkörner.

Hibiſci Abelmoſch Semina reniformia; odoris ex Moſcho Ambraque compoſiti, ex America auſtrali allata.

Ace-

ACETOSÆ. Syrefrö. Saurampfer-Saamen.

Rumicis Acetoſae in paſcuis provenientis SEMEN nigrum, parvum, triangulare; punicei coloris.

AGNI CASTI. Munkepeber. Keuſch-baum-Saamen.

Viticis agni caſti SEMINA rotunda pipere minora; coloris cinerei; ſaporis acris, ſubadſtringentis.

AMMEOS VERI. Ammyfrö. Cretiſcher Ammy-Saamen.

Siſonis Ammeos SEMEN ex Aegypto advectum, parvum, ſtriis longis praeditum, e ruffo ſpadiceum; ſaporis acris, amaricantis; odoris aromatici. Subſtituitur ſubinde Semen *Petroſelini*. (*Ammeos majoris*).

AMOMI VULGARIS. Amomfrö. Alle-haande. Gemeiner Amom-Saamen.

Siſonis Amomi, Angliae indigeni, in hortis culti, SEMEN parvum, ſtriatum, figurae ovalis; coloris ruffi. Tinctura ſpirituoſa viridem exhibet colorem.

AMYGDALÆ DULCES & AMARÆ. Söde og bittre Mandler. Süſſe und bittre Mandeln.

Amygdali communis NUCLEI, ex Europa auſtrali allati. Recentes ſint, ſiccae, fragiles, toroſae; pellicula tenui, aequali, non rugoſa, e gilvo cinnamomei coloris tectae.

ANETHI. Dildfrö. Dillſaamen.

Ane-

Anethi graveolentis SEMEN recens, toroſum, tribus ſtriis notatum; coloris dilute fuſci. Herba in agris ſeritur.

ANGELICÆ. Angelikfrö. *Vid. Radix.* Angeliken=Saamen.

Angelicae Archangelicae in montoſis & hortis creſcentis SEMEN albicans, latum, compreſſum; ſaporis acris. Flor. Dan. 206.

ANISI. Anisfrö. Anies.

Pimpinellae Aniſi SEMEN recens, oblonge rotundum, ſtriatum, toroſum; coloris viridiusculi, graveolens. In Saxonia ſuperiori ſeritur.

ANISI STELLATI. Stiern=Anis. Stern=Anies.

Illicii aniſati (aliis *Radiani ferae*) CAPSULÆ SEMINALES in orbem digeſtae, coriaceae, e cinereo ſpadiceae, cum ſeminibus ovatis glabris. Quo majores ſunt, magisque odorae, eo ſunt meliores.

APII. Selerifrö. Garten=Eppich. Seleri=Saamen.

Apii graveolentis in hortis culti SEMINA parva, ſtriata, Petroſelini ſeminibus minora.

AQUILEGIÆ. Blaaklokkerfrö. Akeleyefrö. Ackeley=Saamen. Klokkenblumen=Saamen.

Aquilegiae vulgaris, in nemoribus ſaxoſis creſcentis, SEMEN nigrum, parvum, ſplendens.

BARDANÆ. Agerburre=Frö. *Vid. Radix.* Kletten=Saamen.

Arctii

Arctii Lappae in cultis ruderatis creſcentis, SEMEN oblongum, fuſcum, nigris ſtriis interſtinctum; ſaporis amaricantis.

CANNABIS. Hampfrö. Hanf-Saamen.

Cannabis ſativae SEMEN.

CARDUI BENEDICTI. Kardebenedikt-Froe. Cardobenedicten-Saamen.

Cnici benedicti in hortis culti, SEMEN oblongum, teres, ſtriatum; ſaporis amari.

CARDUI MARIÆ. Marie Tidſel-Frö. Simpertine-Korn. Mariendiſtel-Saamen.

Cardui Mariani, Angliae & Italiae inquilini, in hortis culti, SEMEN oblongum, aliquantum compreſſum, fuſcum; ſaporis amaricantis.

CARTHAMI. Wild Safran-Froe. Wilder Safran-Saamen.

Carthami tinctorii SEMINA, ex Germania auſtrali advecta, alba, oblonga, angularia, dulcia.

CARVI. Kummen. Danſk Kummen. Carve. Karvi. Feld-Kümmel.

Cari Carvi SEMEN parvum, ſtriatum, oblongum, tenue, fuſcum, paululum incurvum. In pratis herba offenditur.

CATAPUTIÆ MAJORIS. Purgeerkorn. Purgier-Körner.

Ricini communis SEMEN, ovalis figurae quodammodo compreſſum, Fabae minoris magnitudinis; coloris albi & cinericii, ex nigro variegati; ſub putamine tenui, nucleum condens album; ſaporis acris. In hortis colitur & ſponte provenit in India utraque.

CICHO-

Cichorei. Bågvard. Jcrnurt-Frö. Wegwarten-Saamen.

Cichorei Intybi, ad margines agrorum & viarum provenientis, Semina parva, oblonga, angularia, fuſca.

Cinæ. Santonici. Zedoariæ. Orm-Frö. Wurm-Saamen. Zitwer-Saamen. Severſaat.

Artemiſiae Santonicae vel *Judaicae* Semen, e gilvo virideſcens, craſſae granulatum; ſaporis acris, amaricantis; odoris Zēdoariae validi. Rejiciatur impurum, diſcolor, & longiore ſeminum ſpecie intermixtum. Ex Oriente & Africae ora maritima adfertur, & ſaepius adulteratum eſt.

Citrulli. Angurien-Band. Meloner-Frö. Angurien-Saamen. Waſſermelonen-Saamen.

Cucurbitae Citrulli in hortis cultae, Semen recens, non rancidum.

Cochleariæ. Skeeurt-Frö. *Vid. Herba.* Löffelkraut-Saamen.

Cochleariae officinalis, ad littora marina habitantis, Semen parvum, ex rufio fuſcum, rotundum; ſaporis acris, amaricantis. Flor. Dan. 135.

Cocognidii. Kielderhals. Tived. Tutved. Tyrved. Kiusved. Tisbaſt. Kiusbas-Frö. Kellerhals. Seidenbaſt. Purgier-Körner.

Daphnes Mezerei, in ſylvis borealibus habitantis, Semen rotundum, Pipere paulo majus, fuſcum, urentis ſaporis. Flor. Dan. 268.

Colo-

Colocynthidis. Koloquint-Froe. Coloquinten-Saamen.

Cucumeris Colocynthidis in hortis culti, Semem albicans, oblongum, compreſſum.

Coriandri. Coriander-Froe. Coriander.

Coriandri ſativi Semen recens, rotundum, ponderoſum; odoris grati. Leve, pulverulentum, a vermiculis exeſum rejiciatur. Herba Italiae inquilina, in hortis colitur.

Cucumeris. Agurken-Froe. Gurken-Saamen.

Cucumeris ſativi Semen.

Cucurbitæ. Gråskar-Froe. Kürbiß-Saamen.

Cucurbitae Peponis Semina, e pomo quotannis recentia comparanda.

Cumini. Kummen. Kümmel.

Cumini Cymini Semen recens, oblongum, ſtriatum, toroſum, purum, graveolens, vermiculis non exeſum. In hortis herba provenit.

Cydoniorum. Quedekorn. Quittenkerne.

Pyri cydoniae Semina, quae quo magis nitida ſunt & e ſpadiceo fuſca, eo meliora habentur. Rejiciantur vetuſta, nigra, ſordida.

Cynosbati. Hyventorn-Froe. Engeltorn-Froe. Hagenbutten-Saamen.

Roſae eglanteriae ad ſepes habitantis, Semen, probe a lanugine liberandum.

Dauci Sylvestris. Wilde guule Rod-

F der-

der-Froe. Derrerods-Froe. Derre-urts-Froe. Wilder Möhren-Saamen.

Dauci Carotae ſylveſtris SEMEN ſtriatum, quod Dauci hortenſis Semine efficacius eſt. Herba in campis exaridis offenditur.

ENDIVIÆ. Endivie-Froe. Endivien-Saamen.

Cichorei Endiviae in hortis culti, SEMEN parvum, oblongum.

ERUCÆ. Hviid Senneps-Korn. Weiſſer Senf-Saamen.

Braſſicae Erucae in hortis cultae, SEMEN rotundum, parvum, flaveſcens; ſaporis acris.

FABÆ. Bonner. Bohnen.

Viciae Fabae SEMINA, pro farina.

FOENICULI. Fennikel-Froe. Fenchel-Saamen.

Anethi Foeniculi in hortis culti, SEMEN ponderoſum, oblongum, ſubviride, ſtriis eminentibus ſpadiceo-albicantibus, aut pallide flaveſcentibus diſtinctum, oleo dives, gratique odoris.

FOENUGRÆCI. Fonugræk-Bukshorn-Froe. Bockshorn-Saamen.

Trigonellae Foenugraeci SEMINA, e Gallia, Germania auſtrali & Italia advecta; coloris lutei; figurae rhomboideae, odoris fortis, ingrati; ſaporis mucilaginoſi.

FRAXINI. Aſke-Froe. Eſchbaum-Saamen.

Fraxini excelſioris SEMEN fuſcum; ſubacris & amari ſaporis.

GRA-

GRANATORUM. Granat-Froe. Granat-Saamen.

Punicae Granati SEMINA.

HORDEI. Byg. Gerſte.

Hordei vulgaris SEMEN.

HORDEI PERLATUM. Perle-Gryn. Perlen-Graupen.

HORMINI. Skarleye-Skarlage-Froe. Scharlachkraut-Saamen.

Salviae Hormini in hortis cultae SEMEN; ſuaviſſimi odoris.

HYOSCYAMI. Fandens Noſſer-Froe. *Vid. Herba.* Bilſen-Saamen.

Hyoſcyami nigri in ruderatis pinguibus creſcentis, SEMEN exiguum, ſubcinereum, ſubrotundum, rugoſum, compreſſum.

LACTUCÆ. Lactuk-Froe. Lattuk-Saamen. Lattich-Saamen.

Lactucae ſativae in hortis cultae SEMEN papposum, parvum, utrinque acuminatum, oblongum, compreſſum; cinerei coloris.

LAPATHI ACUTI. Skreppe-Froe. Mengel- oder Grindwurz-Saamen.

Rumicis Lapathae in ſucculentis provenientis SEMEN fuſcum, triangulare.

LEVISTICI. Lobſtick-Froe. Lubſtilk-Froe. Liebſtöckel-Saamen.

Liguſtici Levistici in hortis culti, SEMEN oblongum, planum, ſtriatum, membranaceum, coloris pallidi: odoris fragrantis; ſaporis aromatici.

LINI SATIVI. Hör-Froe. Lein-Saamen.

Lini uſitatiſſimi SEMEN.

LUPULI CONI. Humle. Hopfen.

Humuli Lupuli SEMINA.

MANNÆ. Mannagräs-Gryn. Suppegräs-Gryn. Manna-Grütze.

Feſtucae fluitantis, in foſſis & paludibus habitantis SEMEN. Flor. Dan. 237.

MELISSÆ. Meliſſe-Froe. Meliſſen-Saamen.

Meliſſae officinalis, in hortis cultae, SEMEN exiguum, fuſcum.

MELONUM. Melon-Kierne. Melonen-Saamen.

Cucumeris Melonis, in hortis culti SEMEN.

MESPILORUM. Meſpil-Froe. Miſpel-Saamen.

Meſpili germanicae, in hortis cultae, SEMEN planum, ſubnigrum.

MILII SOLIS. Steenbräk-Froe. Stein-Saamen. Perlen-Hirſe.

Lithoſpermi officinalis, in ruderatis habitantis, SEMEN rotundum, glabrum, ſplendidum, album.

NAPI. Näpe-Froe. Stechrüben-Saamen.

Braſſicae Napi, in arenoſis, maritimis provenientis, SEMINA parva, rotunda, ex rubro nigra; ſaporis acris, amaricantis.

NASTURTII HORTENSIS. Karſe-Froe. Kreſſen-Saamen.

Lepidii Sativi SEMEN parvum, oblongum, ex flavo fuſcum; ſaporis acris.

NIGELLÆ. Sort-Coriander. Sort Kummen. Schwarz-Kümmel.

Ni-

Nigellae ſativae SEMEN toroſum, probe maturum; odoris gravis, parum aromatici. Herba inter olera & in agris provenit. Circumforanei Daturae Semen immiſcent, quod ſtudioſe vitandum.

ORYZÆ. Riiſen⸗Froe. Reiß.

Oryzae ſativae, in Indiae paludoſis cultae SEMINA

PÆONIÆ. Påonien⸗Froe. Gicht⸗Roſen⸗Saamen. Päonien⸗Saamen.

Paeoniae officinalis, in hortis cultae SEMEN nigrum, piſi magnitudinis.

PAPAVERIS ALBI. Hviid Valmue⸗Froe. Weiſſer Mohn. Mohn⸗Saamen.

Papaveris ſomniferi albi SEMEN; *Nigri* CAPSULÆ SEMINALES recentes pro Syrupo Diacodii parando inſerviunt.

PETROSELINI. Perſille⸗Froe. Peterſilien⸗Saamen.

Apii Petroſelini SEMEN recens, oblongum, ſtriatum, parvum, graveolens. Sufficit Noſtras, & recens praeſtat prae vetuſto *Petroſelini Macedonici* (*Bubonis Macedonici*) Semine.

PHELLANDRII, vulgo FOENICULI AQUATICI. Skarntyde⸗Frøe. Waſſer⸗Schierling⸗Saamen. Peer⸗Saat.

Phellandrii aquatici, in foſſis provenientis SEMEN oblongum, ſtriatum. Vid. Lange de Remediis domeſticis Brunsvic. pag. 222.

PLANTAGINIS. Veibred⸗Froe. *Vid. Herba*, Wegerich⸗Saamen.

Plantaginis majoris, ad vias creſcentis SEMINA minutiſſima, longiuſcula, fulva; ſaporis mucilaginoſi. Flor. Dan. 461.

PORTULACÆ. Portulack-Froe. Portulac-Saamen. Burzelkraut-Saamen.

Portulacae oleraceae, in hortis cultae SEMEN valde exiguum, nigrum; ſaporis oleoſi.

PSYLLII. Loppe-Froe. Flöh-Saat.

Plantaginis Pſyllii, aut *Cynopos* SEMINA, ex Europa auſtrali allata, puliciformia, fuſca.

RAPARUM. Roſve-Froe. Rüben-Saamen. Weiſſer Rüben-Saamen.

Braſſicae Rapae, in agris cultae SEMEN.

RICINI VULGARIS. *Vid. Catapuciae majoris* SEMINA.

RUTÆ. Rude-Froe. Weinrauten-Köpfe.

Rutae graveolentis, in hortis cultae CAPSULÆ SEMINALES, nigrae, parvae, figurae ſemilunaris, quae foliis praeſtantiores ſunt.

SABADILLI. Luuſe-Froe. Cavadill. Läuſe-Saat.

E ſpecie *Aconiti*, aut *Delphinii* in regno Mexicano collectum, & in Capſulis oblongis, gibboſis, quaſi corniculatis, trilocularibus allatum SEMEN, figura & colore nigricante Muſcerdam referens. Praeſtat Semine *Staphiſagriae*.

SILERIS MONTANI. Seſel-Froe. Bierg-Kummen. Seſel-Saamen. Berg-Kümmel.

Laſerpitii Sileris SEMINA, e Gallia Narbonenſi & Provincia allata. Sint viridiuſcule pallida;

lida; ſaporis acris, aromatici & ſucci plena. Pro Theriaca requiruntur.

Sinapi. Seneps-Korn. Senf-Saamen.

Sinapi nigrae Semen recens; ſaporis acris, fervidi.

Sophiæ Chirurgorum. Bartſkiärs Wiisdom-Barbeer-Forſtand-Froe. Sophienkraut-Saamen. Habicht-Saamen.

Siſymbrii Sophiae, in muris tectisque creſcentis. Semina minutiſſima, oblonga, ruffa; ſaporis acris. Flor. Dan. 528.

Tanaceti. Reinfand-Froe. Orme-krud-Froe. Reinfaren-Saamen. Gemeine Wurmſaat.

Tanaceti vulgaris in aggeribus creſcentis Semen, cum Cinae Semine conveniens.

Thlaspi Cretici. Cretiſk Thlaſpi-Froe. Cretiſcher Thlaſpi-Saamen.

Iberidis umbellatae Semina.

Thlaspi Vulgaris. Pengeurt-Froe. Pengegräs-Froe. Bauern-Senf. Beſenkraut-Saamen.

Thlaſpi arvenſis in agris reperiundi Semina oblonge rotunda, parva, fuſca; ſaporis viſcoſi, acris.

Thymi. Thymian-Froe. Thymian-Saamen.

Thymi vulgaris in hortis culti Semina oblonga, fuſca.

Violarum. Marts-Fioler-Froe. Blauer Violen-Saamen.

Violae odoratae in nemoribus & paſcuis provenientis SEMEN albicans, rotundum, ſplendidum; ſaporis oleoſi ſubacris. Flor. Dan. 309.

URTICÆ MAJORIS. Brändenälde-Froe. Brenneſſeln-Saamen.

Urticae dioicae in ruderatis creſcentis SEMEN parvum, compreſſum, ſpadiceum; ſaporis ſubacris.

URTICÆ ROMANÆ. Romiſk Nälde-Froe. Römiſche Neſſeln-Saamen.

Urticae piluliferae in hortis cultae SEMINA fuſca, ſplendentia, Lini ſemine minora; ſaporis ſubacris.

CANONES GENERALES.

I. SEMINA colligantur perfecte matura, antequam ſponte excidant, locoque ab aëre perflato probe ſiccentur, ſine ignis adminiculo.

II. QUÆ capſulas, involucra &c. retinent Semina, ea his munita ſerventur.

III. PLERORUMQUE autem Seminum delectus ita inſtituendus eſt, ut aquae immittantur, & quicquid ſupernatat abjiciatur; quod vero fundum petit iterum ſiccetur.

VII. FRUCTUS.

ACACIÆ BACCÆ. Slaa-Kreigebär. Schleen.

Pruni ſpinoſae BACCÆ immaturae pro Roob.

AL-

ALKEKENGI BACCÆ. Boborel. Jodiſke Kirſebår. Juden-Kirſchen. Boborellen.

Phyſalidis Alkekengi BACCÆ, in vineis & ſylvis umbroſis Galliae & Germaniae provenientes.

AMOMUM. PIPER JAMAICENSE. PIMENTA. Allehaande. Allermanns-Gewürz.

Myrti Pimenti Jamaicenſis BACCÆ rotundae, e ſubruffo nigricantes, immaturae; odoris & ſaporis aromatici, ex Cinnamomi, Myriſticae & Caryophyllorum ſapore confuſi, proxime tamen ad Caryophyllorum accedentis. Eligatur non admodum leve aut rugoſum, graveolens, grandius. Rejiciatur quod vetuſtate in fruſtra pulveremque dilabitur.

AURANTIA MALA. Pomeranzer. Pomeranzen.

Citri Aurantii BACCÆ immaturae, *Aurantia Curaſſavenſia* dictae; atque maturae, quarum etiam *Cortex* externus ſub *Flavedinis* nomine ſervatur.

BACCÆ NORLANDICÆ. Ackerbår. Su.

Rubi arctici FRUCTUS, prae reliquis omnibus odore fragrante, ſuavi ſapore, ac vi analeptica pollens, & laete in hortis germinans.

BERBERUM BACCÆ. Berberisbår. Berberis-Beeren.

Berberidis vulgaris BACCÆ recentes, pro Gelatina aut Syrupo.

CACAO. Cacobonner. Cacau. Chocolade-Frucht.

Theobromatis Cacao FRUCTUS ex America auſtrali allatus.

CARDAMOMUM MINUS. Cardamomen. Cardamomen.

Amomi Cardamomi FOLLICULI ventricoſi, triquetri, triloculares, continentes Semina anguloſa, e ſubruſſo fuſca ſi recentia, quae praeferenda; temporis mora vero e cinereo ferruginea, multum aromatica, notabilis Camphorae odoris.

CARICÆ. FICUS. Figen. Feigen.

Ficus Caricae RECEPTACULUM FRUCTIFICATIONIS carnoſum. Eligantur pingues, i. e. recentes, ponderoſae, molles, grandes, toroſae, parenchymate melleo, tenaci, flavo; ſeminibus flavis turgentes. Rejiciantur nigrae, durae, ſordibus verminoſis inquinatae.

CASSIA FISTULA. Caſſie. Caſſie.

Caſſiae fiſtulae SILIQUA teres, cylindracea, cubitalis, ſub putamine lignoſo nigro, interne diſſepimentis interſtincto, continens ſemina compreſſa, fulva, & pulpam ſubdulcem, nigredinis ſplendentis. Seligatur recens, ponderoſa, a ſcarabaeis non exeſa, concuſſa ſonum a ſeminibus non edens, medulla dulci ſcatens, non valde acida aut amariuſcula, neque odorem ſpargens mucidum. *Indica*, quae vere efficax eſt, rariſſime ad nos pervenit. Accedit ad eam *Alexandrina*: vilior eſt *Americana* in Americae inſulis luxurians. Prior cortice laevi, tenuiore, obſcurioris coloris tecta eſt, & pulpam continet dulciorem, parum nauſeoſam. Poſterior externe rugoſa,

goſa, aſpera, craſſior, pulpam fovet acidam magis & nauſeoſam. Quidam e deteriore Caſſiae ſpecie pulpam melle ſyrupisque conditam extrahunt, ſub *Floris Caſſiae* nomine, quae vero mora temporis mucorem & acredinem noxiam contrahit.

Cerasa Acida. Kirſebär. Kirſchen.

Pruni Ceraſi Drapa, cujus Caro recens ad Roob adhibetur.

Citrea Mala. Citroner. Citronen.

Citri medicae Mala, Succus, Cortex ſiccatus.

Coculi Indici De Levante. Kocke-Kierner. Kockel-Körner. Fiſch-Körner.

Menispermi Cocculi Fructus reniformis, fuſcus, rugoſo Cortice tectus, venenatus. Ad necandos pediculos, & piſces captandos, expoſcitur.

Colocynthidis Poma. Coloquinder. Coloquinten.

Cucumeris Colocynthidis Poma, ex Oriente allata, candida, levia, fungoſa, peramara, integra, cortice duro ex albo luteo cincta.

Cubebæ. Cubeber. Cubeben. Schwindel-körner.

Ignoti Vegetabilis e *Piperitarum*, ut videtur, familia, quod Hederae arboreae more arbores cingit, Baccæ petiolatae, ex Indiis advectae. Eligendae ſunt maturae, toroſae, ponderoſae, oleoſae, neque ſenio, neque immatura aetate emaciatae aut corrugatae; fragrantis, aromatici odoris; ſaporis acris atque aromatici.

Cucumeris Asinini. Aſen-Agurke. Eſels-Gurken. *Momor-*

Momordicae Elaterii POMUM recens, cujus ſuccus pro Elaterio conficiendo adhibetur.

CYDONIA MALA. Queder. Quitten.

Pyri Cydoniae FRUCTUS, pro Gelatina aut Roob.

CYNOSBATA. Nyper. Hanbutten.

Roſae caninae FRUCTUS, pro Roob.

EBULI BACCÆ. Attikbär. Attichbeeren.

Sambuci Ebuli BACCÆ recentes.

FABÆ PICHURIM. PECURIS. PECAIRO.

Copaiferae officinalis FRUCTUS, Amygdalae majoris per longitudinem diſſectae & excavatae ſimilitudinem referens; coloris nigricantis, tenui epidermide tectus, longitudinis unius, latitudinis dimidii pollicis; intus coloris fuſci inſtar Nucis Moſchatae; odoris & ſaporis ex Nucis Moſchatae & ligni Saſſafras mixti. Ex Braſilia & inſula Marahan adfertur.

FABÆ SANCTI IGNATII. Ignatius-Bonner. Ignatius-Bohnen.

Ignoti Vegetabilis FRUCTUS orbiculares, magnitudinis Avellanae, externe nitentes, nodoſi, inaequales; coloris ex murino glauci ſemipellucidi; compaginis durae, corneae; ſaporis intenſe amari. Semen continetur Pomo, Cucurbitae non abſimili, *Catalongay* indigenis Philippinarum inſularum, ubi provenit, dicto. Eligantur recentes, ponderoſae, grandiores, quamvis & ipſis carioſis non deſit virtus.

FRAGA. Jordbär. Erdbeeren.

Fra-

Fragariae veſcae FRUCTUS recentes, pro Aqva ſtillatitia & Syrupo.

GRANA PARADISI. CARDAMOMUM MAXIMUM. Paradis-Korn. Paradies-Körner.

Amomi Grana Paradiſi FRUCTUS ex India orientali allatus, Ficus magnitudinis, interne in tres cellulas diviſus, in quarum ſingula duo ordines exiguorum ſeminum inſtar Cardamomi continentur. Pro Theriaca requiritur.

GRANATORUM MALA. Granat-Aebler. Granat-Aepfel.

Punicae Granati FRUCTUS & Cortex.

JUGLANDIS FRUCTUS. Walnoder. Wallnüſſe.

Juglandis regiae DRUPA immatura, pro Condito & Extracto vermiſugo.

JUNIPERI BACCÆ. Enebär. Wachholder-Beeren.

Juniperi communis BACCÆ grandes, nigrae, reſinoſae, ponderoſae; odoris gravis.

LAURI BACCÆ. Laurbär. Lorbeeren.

Lauri nobilis BACCÆ recentes, nigricantes, oleo divites; odoris ac ſaporis gravis, aromatici; non flaccidae nec carioſae.

LILIORUM CONVALLIUM BACCÆ. Lille-convall-Bär. Mayenblumen-Beeren.

Convallariae majalis BACCÆ.

MACIS. Muſkat-Blommer. Muſchaten-Blumen.

Myriſticae Drupae inter duplicem nucem, ſuper nucleum expanſus CORTEX interior, reticularis, laci-

laciniatus. Sit recens, tenax, fragrans, oleo dives; coloris nitidi, e cinnamomeo aurei, magnis fruſtis & laciniis conſpicuus. Qui e laciniis parvis compoſitus fragilis eſt, albicans aut dilutius flaveſcens, rejiciatur.

Mespila Exsiccata. Meſpiler. Miſpeln.

Meſpili Germanicae Fructus exſiccati.

Momordicæ Fructus. Balſam-Aebler. Balſam-Aepfel.

Balſaminae Momordicae Fructus recens, in hortis cultus, verrucoſus, tuberculatus, parum carnoſus.

Mora. Morbär. Maulbeeren.

Mori nigrae Baccæ, pro Roob aut Syrupo.

Myrtilli Exsiccati. Blaabär. Bollet. Bollerriis. Heidelbeeren.

Vaccinii Myrtilli Baccæ, Julio & Auguſto colligendae.

Nux Moschata vel Myristica. Muſkat-Nod. Muſchaten-Nuß.

Myriſticae Drupae e duplici nuce Nucleus, ex inſulis Oceani Indici advectus. Nux rotunda, vulgo femina, praeſtat oblongae, vulgo mari, non adeo efficaci. Sit grandis, ponderoſa, extus e murino fuſca, intus e fuſco & ruffo variegata, fragrans multum, & acu puncta multum olei exſudans. Rejiciatur carioſa & vilior ſpecies, Rümpfe, Germanis vocata.

Nux Vomica. Krants-Oien. Kråhen-Augen. Krans-Augen.

Stry-

Strychnos Nux Vomica. Eſt NUCLEUS compreſſe ovatus, cinereus, corneae duritiei; ex Malabaria advectus.

PASSULÆ MAJORES. Roſiner. Roſinen.

Vitis viniferae UVÆ ſolem paſſae & ſiccatae. Eligantur longae, pauca continentes ſemina, toroſae, pingues, tenera cuticula tectae, lumini admotae pauxillum pellucidae, in fictilibus ſub denominatione Pottroſiner allatae. Damaſcenae & Syriacae praeſtant prae Hiſpanicis & Italicis.

PIPER ALBUM. Hviid Peber. Weiſſer Pfeffer.

Eſt PIPER nigrum maceratum & Cortice ſpoliatum. Sunt qui deteſtabili fraude, Piper decorticatum nec dum ſiccatum, in magmate ex Amylo & Ceruſſa volutant, ut majora, candidiora & ponderoſiora evadant grana.

PIPER LONGUM. Lang Peber. Langer Pfeffer.

Piperis longi BACCÆ immaturae, amentorum more congeſtae, ex India orientali advectae. Rejiciantur carioſae, a vermibus exeſae.

PIPER NIGRUM. Sort Peber. Schwarzer Pfeffer.

Piperis nigri, Sirium Rumphio dicti, ex India orientali allatae BACCÆ monoſpermae. Eligantur grana magna, compacta, ponderoſa, non rugoſa.

PISTACIÆ EXCORTICATÆ. Piſtaſer. Piſtacien

Piſtaciae verae FRUCTUS, ex Perſia, Syria, nec non

non Hiſpania & Italia advecti, anguloſi, oblongi, Avellanae magnitudinis, ſub putamine tenui, ruſſo, nucleum virideſcentem, oleoſum, ſaporis ſubdulcis, grati, includentes. Eligantur recentes, ponderoſae, non rancidae.

POMA BORSDORFIANA. Borsdorfer Aeblet. Borsdorfer Aepfel.

Pyri mali Borsdorfiani POMA recentia, pro Tinctura ſi lubet, Martis.

PRUNA. Blommer. Pflaumen.

Pruni domeſticae DRUPÆ ſiccatae, toroſae & carnoſae, ſine ingrato a fumigatione odore.

PRUNEOLA. Bruneller. Prunellen.

Pruni Brignolenſi DRUPÆ a nuce ſeparata Caro. Sint recentia, ſemipellucida; coloris e buxeo ſpadicei, mollia, humidula. Afferuntur e Gallo provincia.

RIBESIA RUBRA. Rode Ribs. Rothe Johannis-Beeren.

Ribis rubrae BACCÆ, pro Roob aut Gelatina.

RUBI CHAMAEMORI BACCÆ. Multebär. Myrebär. Laamanak. Latoch. Laddok. Pautkenbeeren.

Rubi Chamaemori FRUCTUS, ex Norvagia ſaccharo conditi advecti. Flor. Dan. 1.

RUBI IDAEI BACCÆ. Hindbär. Hinbeeren.

Rubi Idaei BACCÆ recentes, pro Syrupo.

SAMBUCI BACCÆ. Hyldbär. Fliederbeeren.

Sambuci nigrae BACCÆ recentes.

SILIQUA DULCIS. St. Hans Brod. Johannis-Brod.

Cera-

Ceratoniae Siliquae SILIQUA, callo laevi, dulci, e ſpadiceo ferrugineo tecta; ſemina continens e fuſco ſpadicea, compreſſa, pulpamque coloris e fuſco buxei, duram, ſubdulcem. Sit recens atque toroſa. Ex Hiſpania, Italia ac Oriente advehitur.

SPINÆ CERVINÆ BACCÆ. Korsbär. Brietorn. Biebär. Hiortebär Jyttelbär. Creutzbeeren. Weichdornbeeren.

Rhamni cathartici BACCÆ, ſemine triangulari & ſucco ex purpureo virideſcente ab aliis baccis admiſtis diſtinguendae.

TAMARINDI. Tamarinder. Tamarinden.

Tamarindi Indicae ex ſiliquis depromta PULPA, e fuſco nigricans, viſcida & quaſi ſubpinguis, filamentis lignoſis ac ſeminibus compreſſis, duris, quadratis, ſpadiceis, ſplendidis permixta; ſaporis acidi, vinoſi, pungentis, parumper nauſeoſi, quibus notis facile a Prunorum pulpa, ubi larga manu admiſta fuerit, dignoſcitur. Eligatur recens, tenax, ſpiſſa, ex ſubruffo nigricans; ſaporis acrioris. Vitanda eſt, quae in cellis locisque humidis diu ſuit recondita, quod patebit ex ſuperficie externa uda, ſeminibusque emollitis, tumidulis, neque adeo ſplendentibus. Quidam ſicciorem pulpam Aceto madefactam Saccharo condiunt, quod ex minus ſequaci viſco & ſapore mitiore pateſcit. Carnem ſiliquae exemtam, Indi Arabesque cum aqua & aceto in vaſis cupreis in pulpam, vulgo in officinis proſtantem, redigunt, quae vero ut noxia rejicienda.

da. Praeſtaret igitur e ſiliquis ipſis conficere Pulpam. Eſt vero haec ſiliqua Legumen, duplici ſiliqua conſtans, interna & externa. Externa eſt e ſpadiceo fuſca aut virideſcens, protuberantiis, iis in locis, ubi ſemina latent, notata. Interna virideſcit. Ambas inter recondita eſt pulpa cum ſemine & filamentis tenacibus, quae ab alterutro leguminis apice ad alterum decurrunt. Quae in variis Americae regionibus colitur Arbor, non adeo generoſae indolis pulpam ſuppeditat. Dignoſcitur Siliquae patria ex ſeminum numero, quae ſena ſunt aut ſeptena in Orientali, non niſi terna aut quaterna in Occidentali.

VANILLÆ. Vaniller. Vanilien.

Epidendri Vanillae FRUCTUS, ſive Siliquae compreſſae, ſemipedem longae, calami ſcriptorii majoris craſſitiei; coloris ex atro fuſci; ſaporis aromatici; odoris grati; pulpam ſeu medullam cum minutiſſimis acinis pinguem continentes. Ex America & inprimis nova Hiſpania advehuntur. Eligendae ſunt Siliquae mediae magnitudinis, pingues, recentes, aromatici ſaporis atque odoris.

VITIS IDAEAE. Tyttebär. Kroſingbär. Kroslinger. Tytebär. Tytling. Preiſſelbeeren. Kranbeeren.

Vacciniae Vitis idaeae FRUCTUS ſaccharo conditi, e Norvagia ad nos pervenientes. Flor. Dan. 40.

CA-

CANON.

Fructus non niſi maturi decerpantur, ſi excipias *Acaciae* & *Aurantii* Fructus, de quibus ſupra.

VIII. SUCCI VEGETABILIUM ARIDI.

Aloe Hepatica. Succotrina. Aloe. Aloe.

Aloës variegatae Guineenſis; *Aloës perfoliatae* Chinenſis & Barbadenſis; *Aloës perfoliatae Succotrinae* Alexandria advectae Succus, e foliis collectus, gummoſo reſinoſus. *Caballina* impura Hippiatris relinquatur, & quae ex hac fraudulenter parata Aloë pura ſplendensque pro Succotrina venditur, ingrato, nauſeoſo ſapore atque odore ſe prodit. *Succotrina* proba ſplendens eſt, pellucida, e ſpadiceo fuſca, comminuta coloris ex aureo fulvi, calore manus flexilis, ſaporis multum amari, non ingrati tamen & paulum aromatici, odoris Myrrham mentientis, gummoſae magis indolis quam *Hepatica*, quae obſcurior eſt, opaca, compactior. Hujus nobilior ſpecies in putaminibus cucurbitarum ex Indiis & China; vilior in Cadis ex inſulis Americanis, praecipue Barbados inſula adfertur.

Ammoniacum Gummi. Ammoniak. Gummi Ammoniac.

Plantae ferulaceae Succus gummoſo-reſinoſus, ex India orientali & Aegypto adductus; externe obſolete flavus, interne ex albeſcente, rubente & obſolete flavo variegatus, lentus, & calore

lore manus molleſcens; odoris mirum nauſeoſi, alliacei multum, caſtoreati pauxillum ſpirantis; ſaporis nauſeoſi, amaricantis; ſeminibus, Anethi non abſimilibus, ſabuloque plerumque interpolatus. Pro uſu interno non niſi *Electum*, puriſſimum, *Thrauſma* Veteribus dictum, adhibeatur, i. e. vel Ammoniacum in granis puris emtum, vel grumi candidiores, variegati, ſubſplendentes, e Maſſa ſelecti. Quod jam Colatum venditur, ſuſpectum eſt, cum nonnunquam Peucedani ſuccum, aliaque viliora admiſta habeat.

ANIME. Anime. Anime.

Hymenaeae Courbariae RESINA, ex America auſtrali, Guajana & Braſilia inprimis allata. A Luſitanis advectum Anime Aethiopicum, nunc raro occurrit. Eligitur ex albo citrinum, pellucidum; odoris ad ſtoracinum accedentis; ſaporis grati, parum fervidi.

ASA FOETIDA. Dyvelsdreck. Stinkender Aſand. Teufelsdreck.

Ferulae Aſae foetidae, *Kaemfero Hingiſch* dictae, *Gummireſina*, e radice ſauciata potiſſimum elicita, ex Perſia Indiisque allata; odoris foetidi, tetri ex alliaceo viroſi. Eligatur graviſſimo odore praedita, inſtar cerae flexilis & lenta, plurimisque maſſulis albentibus, luteis, roſeis, murinis, amethyſtinis, cum ſplendore aliquo variegata.

BALSAMUS TOLUTANUS. Balſamaf Tolu. Balſam von Tolu.

Tolviferae Balſami SUCCUS reſinoſus, ex Americae provincia Tolu (*Honduras*) in putaminibus cucur-

cucurbitarum allatus; coloris e laete flavo fulvi, variegati, conſiſtentiae primum viſcoſae, ſequacis, dein durae fragilisque; odoris fragrantis, ad Benzoës Citrique proxime accedentis; ſaporis dulcis, grati. Eligatur recens, putaminibus non exemtus, prementi digito cedens, & ſi forte induruerit, ore detentus non fragilis, ſed Maſtichis inſtar in paſtam tenacem coaleſcens. Rejiciantur fruſta vetuſtiora, e putaminibus exemta, utpote nullius virtutis. Supplet abunde hic Balſamus locum OPOBALSAMI SICCI, *Piſtaciae Lentiſci* ut volunt, ſobolis, nec non BALSAMI DE MECCA, *Amarydis Opobalſami Gileadenſis*, vel plane non obvii vel adulterati.

BDELLIUM. Bdellium Gummi. Gummi Bdellium.

Arboris incognitae, aut nondum deſcriptae, in Guinea, Arabia, Media & India naſcentis, LACHRYMA; coloris ferruginei, nigricantis, in guttas ſeu grana concreta, ſapore ac odore ad Myrrham accedens. Saepius cum Myrrha in ciſtis permiſtum reperitur. Praefertur amarum, translucidum, dum frangitur pingue ac odoratum.

BENZOE. Benzoe. Benzoe.

Lauri Benzoinae RESINA ex Indiis allata, fere opaca, facile fragilis, fragrans; coloris e flavo, ruffo alboque variegati. Quo magis abundat maſſulis ejusmodi albicantibus, flaventibus, *Amygdaloides* tunc dicta, eo eſt praeſtantior. Rejiciatur fuſca, impura.

CAMPHORA. Campher. Campher.

Lauri Camphoriferae CONCRETUM reſinoſo oleoſum, volatile, in glebis deformibus ſordidis e Japonia, per Batavos allatum, & ab iisdem nova, uti videtur, ſublimatione, ope Calcis vivae per ſe exſtinctae ac dilapſae, depuratum, & in panes ſeu maſſas orbiculares coactum. Quum ocyſſime in auras avolet, veſicae ope ab aëris acceſſu cuſtodienda eſt.

CARANNA. Caranna Gummi. Caranna.

Ignotae Arboris GUMMI RESINA tenax & dura, quae recens picis inſtar ductilis, inveterata vero fragilis eſt & dura; coloris ex viridi nigricantis; ſaporis amari ingrati, odoris fragrantis, praeſertim dum accenditur. Ex nova Hiſpania in fruſtis cylindraceis, foliis Junci involutis, advehitur.

CATECHU. TERRA JAPONICA. Japoniſt Jord. Catechu.

Arecae Catechu, e Palmarum familia, *Pinnanga* Rumphio dictae, in Indiis germinantis, Fructuum ſeu Druparum SUCCUS, maximam partem gummoſus. Optimum Catechu, ſed rarum coloris eſt ſpadicei, puriſſimum, lamellatim diſpoſitum; leniſſime adſtringentis primum, dein ſubdulcis gratique ſaporis. Vulgare bonae notae Catechu, coloris eſt e badio nigri, interne pauxillum laetioris & cum ſplendore nitidi, ſaporis non ingrate adſtringentis, totumque in ore deliqueſcit, nullis relictis faecibus Nigrum, aduſtum, cum nidore ingrate ſapidum & acerbum,

bum, recrementis terreis ſpurcatum, in aqua non omne ſolubile, rejiciatur.

CERASORUM GUMMI. Kirſebär Gummi Kirſchen Harz. Kirſchen Gummi.

Pruni Ceraſi RESINA, locum Gummi Arabici ſupplens.

COLOPHONIUM. Harpix. Spiegel-Harz. Geigen-Harz. *Vid Oleum Terebinthinae.*

COPAL. PANCOPAL. Copal. Gummi Copal.

Rhois copalini RESINA duriuſcula, diaphana, ex albo flaveſcens; dum carbonibus inſpergitur odorata, ex nova Hiſpania allata, in uſus pictorios praecipue adhibita.

ELEMI. Elemi. Elemi.

Amyridis Americanae RESINA. Celebratum olim ELEMI AETHIOPICUM, coloris ex albo lutei & languide viridis variegati, externe durum, interne tenax, molle; odoris Foeniculi, arundine involutum, non niſi rariſſime invenitur. Sed ejusdem fere virtutis eſt ELEMI VULGARE *Amyridis*, modo probum ſit, ejusdem ac Aethiopicum coloris; fere pellucidum, ſiccum & fragile, ſed calefactum tenax & ſequax; odoris ſubvinoſi, fragrantis. Rejiciatur friabile, fuſcum, cinereum. Sunt qui Reſinam flavam cum Oleo Spicae & Terebinthina commiſcent, indeque *Elemi* artificiale componunt, quod facile ignis calore, quo odor Therebinthinae pateſcit, detegitur. E *Factitio Elemi* paratum Unguentum Arcaei, mox in ſuperficie contrahit pelliculam ari-

 dam,

dam, duriuſculam, gilvam: probum vero Elemi cum reliquis aequabiliter commiſtum manet.

Euphorbium. Euphorbium-Gummi. Scharfes Euphorbium-Gummi.

Euphorbii Officinarum Gummi Resina, concreta in Guttas vel lacrymas ex pallido flaveſcentes, aut coloris aurei ſplendidas, modo rotundas, modo oblongas, ramoſas & cavernoſas; ſaporis acerrimi, exurentis, nauſeoſi; odoris expers. Affertur ex Africae regionibus.

Galbanum. Galbanum. Galbanum.

Bubonis Galbani Gummi Resina, e Syria advecta, recens ex albo lutea, vetuſtior ex luteo ſubruffa, aqua ſolubilis & ad ignem flammam concipiens. Eligatur Gummi recens, ſiccum quidem, ſed calore manus lenteſcens & ductile, impenſe & nauſeoſe ſpecifice olidum. Praefertur in granis allatum, quamvis variis interdum quisquiliis interpolatum. Neque tamen quod in maſſis ad nos pervenit, rejiciendum eſt, modo copioſas particulas albicantes, parum ſplendentes, ſpiritum vini aureo colore tingentes contineat. Abjiciatur vero impurum, coloris luridi, fuſci, craſſitudinis cereae. Adulteratur variis vilioribus reſinis, Ammoniaco aut Gummi ſubruffo *Ferulae Galbaniferae*, quae in Sicilia creſcit, variisque ramentis vegetabilibus additis quod e debiliore odore & defectu ſplendoris, colorisque variegati pateſcit. Depurationem indicat Pars II.

Glycyrrhizæ Succus. Lakrits-Saft. Liquiritien-Saft.

Gly-

Glycyrrhizae glabrae Succus expreſſus inſpiſſatus. Praefertur vulgo Hiſpanicus, ſed aeque admittendus Germanicus, modo ſit e ruffo fuſci, dum frangitur nigri ſplendentis, & ubi in fila diſtrahitur, nitide aurei coloris; ſaporis vero dulcis, radice ipſa gratioris; odoris ſuavis, non empyreumatici; linguae impoſitus omnis deliqueſcens, & aqua ſolutus paucas faeces in fundo relinquens.

Guajaci. Guajac=Gummi. Guajac=Harz.

Guajaci officinalis e ligno Resina, ex America allata, fragilis, friabilis; ſaporis acris, pungentis; odoris nullius, grati vero ſi prunis injiciatur; coloris externe ex viridi pulli aut obſcure ruffi, interne albicantis, ſubrubelli. Adulteratur additione aut Colophonii, aut Balſami Sulphuris Smalcaldici. Fraus detegitur facile ſuper igne, qui ſulphuris odorem extricat.

Gutta. Gutta Gamba. Cambogia. Gummigut. Gummigutt.

Cambogiae Guttae Gummi Resina, e China atque Siam allata, opaca; coloris aurantii. Rejiciatur impura, ſordida & nigricans.

Hederæ. Weddende=Gummi. Epfeu=Harz.

Hederae Helicis Resina, e fulvo, caſtaneo aut viridi ferruginea; fragilis, pellucidula, interne ſubruffa, maculis ferrugineis variegata; ſaporis acris, ſubadſtringentis, aromatici; odoris nullius, ſuper igne vero grati cum vivida flamma. Affertur maxi-

mam partem ex Indiis, ſubinde etiam e Gallia Narbonenſi.

Hypocystidis.

Aſari Hypocyſtidis Succus inſpiſſatus, e Turcia, Creta, Gallia Narbonenſi nobis advectus; ſuccus, niger, ſplendens; aliquid odorati habens, intenſe amarus, adſtringens.

Ladanum. Ladanum Gummi. Ladanum.

Ciſti Ladaniferae Gummi Resina, in Creta maximam partem collecta. Optima, ſed rarior eſt, quae pelliculis involuta, in maſſis coloris e ruffo fere nigri, Emplaſtri in modum ductilis, lentaque, gratiſſimi odoris, adfertur. Vulgaris in ſpiras contorta, cereorum inſtar dura eſt, e murino aut olivari pulla, arena nigra ſcatens. Eligatur ſabulo non nimium abundans, facile a manus calore molleſcens, ſpiritu vini maximam partem ſolubilis & fragrans.

Manna. Manna. Manna.

Fraxini Orni, dum junior eſt, aut Lacryma ſponte ſtillans, aut Succus ex arbore vulnerata elicitus, gummoſo melleus, maximam partem e Calabria ac Sicilia advectus. Multa circa Mannam fraudulenter aguntur. Laudatur vulgo *Cannulata (en Marons)*, reliquisque jure praefertur; ſed in ipſa Mannae patria rarior eſt & pretioſa, & quae nobis ſub hoc titulo obtruditur, factititia eſſe ſolet, e Manna ſordida, exoleta, Amylo, Saccharo & Scammoneo in varias formas efficta. Ejusdem farinae venditur *Tabulata*, quae

quae e variis compacta, non niſi pondere majore a ſincera dignoſcitur; & merito repudiatur. Rejiciatur itidem omnis Manna in glebis majoribus iisque ſordidis allata; nec non quae craſſitudinis melleae (*Manne graſſe*), aut impura eſt, pinguis, tenax, coloris ruffi, fuſci, (*Manne rouſſe*). Aldulteratur enim variis ſupra dictis, melle, Glauberi Sale, variis ſuccis purgantibus, e Tithymali vel Eſulae ſpeciebus depromtis, quibus *Manna* inprimis *Brigantina* (*Manne de Briançór*) ſcatere dicitur, quae ſi ſincera, Lacryma eſt Laricis, Mannae aemula, virtutis laxantis. Eligatur autem, ſi non *Bombycina* alba, dura & in vermium figuram contorta, ſed rarior; certe *Maſtichina*, in granulis, lacrymis aut grumis majoribus, minoribusve (*Manne en larmes*), pallide lutei coloris, allata. Sit vero recens, diffracta pauxillum Mannae liquidae, Mellis inſtar, exſudans, levis, pura, parum pellucida, ab attactu in grumos minores diſſiliens, non tenax aut ſequax; ſaporis dulcis ſpecifici; ſuper lingua plane deliqueſcens. Sicco calidoque ſervetur loco; in humidis enim diffluit in tabum ingratum, inertem.

Mastix. Maſtix. Maſtix.

Piſtaciae Lentiſci cicuris & ferae, in Europa auſtrali & Archipelagi inſulis creſcentis, in Chio praecipue cultae, Lacruma, ex ſauciato cortice ſtillans, reſinoſa. Eligantur *Grana*, coloris albi, citrini, pellucida, fragrantia, ſplendentia. Dentibus tentata Maſtix fragilis eſt, cerae inſtar lenteſcit,

ſcit, & preſſione in paſtam compingitur. In terram ſtillans reſina ſordes contrahit, unde his abundantes grumi, *Maſtix in ſortis* dicti, merito rejiciuntur, aut ſaltem puriora ex his fruſta ſtudioſe ſeliguntur. Suſpecta pariter eſt, quae in ſic dictis Panibus affertur, cum ex vulgari impura, Aqua bulliente, ut candidior fiat, ſoluta, compingatur. Addunt etiam verae Maſtichi, quam *Maſculam* incolae vocant, *Foemininam*, quae eſt lacryma *Piſtaciae verae* & *Terebinthi* opaca, viſcoſa, Terebinthinae non abſimilis. Haec cum vera Maſtiche confuſa, ſiccos externa ſpecie panes refert, qui vero diffracti, non perſpicuis particulis, viſcoſa indole, & mollitie fraudem patefaciunt.

MYRRHA. Mirre. Myrrhen.

Plantae nondum cognitae, in Aethiopia creſcentis GUMMI RESINA. Laudant *Stactem*, ſive ſponte exſudantem, quae vero rariſſime, ſi unquam, occurrit. Optima eſt quae in Granis ſive lacrymis affertur. Eligatur vero pura, fulva, aut e fulvo ferruginea, ſpiritu afflato magis rubeſcens, levis, fragilis, tactu pinguis, pellucidula, ſplendens, fracta ſtrias ſemicirculares, albas, caeſias exhibens, in ore omnis fere deliqueſcens; ſaporis multum amari, aromatici; odoris validi, ſpecifici, non adeo ingrati. Rejiciatur fuſca, nigra, tenax, tota reſinoſa, albicans, impura, & odore nauſeoſo praedita.

OLIBANUM, THUS, Wirog, Weihrauch.

Juni-

Juniperi Thuriferae, ex Oriente vel Aegypto allata Resina, ex albo ſublutea, ſemipellucida, dente tentata friabilis, dein lenta, ſequax, non tamen, uti Maſtix, in paſtam conglutinata; ſaporis amari, non ingrati; odoris fragrantis; ſuper igne non liqueſcens, ſed cum luculenta flamma deflagrans. Opacum ruffum, impurum, ramentis corticoſis & quisquiliis intermixtum, rejiciatur. Adulteratur reſina Pini & Laricis, inprimis Lacryma *Pini Piceae*, quae *Thus vulgare* vocatur. Eſt vero haec coloris e flavo & ruffo variegati; ſaporis amari non adeo grati; & ſuper igne explorata Terebinthinam redolet.

Opium. Opium. Opium. Mohnſaft.

Papaveris orientalis Succus gummeo reſinoſus. Primaria ex inciſis Papaverum capitibus exſudans lacruma, verum Antiquorum Opium, *Affion* inquilinis dictum, ac ſolis calore in maſſulas obſcure fulvas ruffasque coactum, ad nos non pervenit. Affertur vero Succus poſthac expreſſus, aut e capitibus contuſis ecoctus, & ignis ope in maſſas majores inſpiſſatus, quem tamen ab admiſtis ſuccis heterogeneis, affinis inprimis *Glaucii* & *Papaveris corniculati*, (Chelidonii Glaucii & corniculati) non plane immunem eſſe perhibent. Forma glebae aut panis foliis involuti, externe fuſci, ſubinde pulli coloris, advehitur. *Thebaicum* vulgo expoſtulatur *Opium*; ſed perinde eſt, qua patria gaudeat, Aegypto, Perſia an Anatolia, quae prae reliquis eſt papaverifera; modo ſequentibus ſe commendet dotibus. Sit denſum, ponderoſum, colo-

coloris externe e fulvo, ruffo vel ſpadiceo fuſci, fractum particulis ſplendentibus micans, comminutum coloris fulvi, digito diutius tractatum pauxillum tenax, purum, odoris validi, tetri, viroſi; ſaporis amari, acris, fervoris aliquo ſenſu fauces adurentis; promte flammam concipiens; integre fere aqua ſolubile & rubicundam exhibens tincturam. Quod variis vegetabilium fragmentis, ſabulo & quisquiliis ſcatet, colorem obſolete pullum, aut e murino pullum exhibet, & odoris aduſti vel exigui eſt atque friabile, rejiciatur.

Opopanax. Panax-Gummi. Panax-Gummi.

Paſtinacae Opopanacis Gummi Resina oppido rara, & pretioſa, in Syria, Boeotia & Macedonia proveniens, e granulis piſi magnitudinis externe ruffis, interne fulvis aut albicantibus, parum viſcidis & fragilibus; ſaporis amaricantis, acris, ingrati; odoris gravis nauſeoſi, conſtans. Rejiciatur fuſcum, nigrum, durum molle, multis quisquiliis intermixtum, in majoribus pollicis craſſitiei fruſtis allatum; in aqua non ſolubile & lacteſcens.

Resina Flava. Guul Beeg. Gelb Harz. Kübel-Harz.

Pini Sylveſtris aut piceae Lacruma, e ſauciato cortice deſtillans, coctione in Reſinam flavam, aut e cinereo variegatam, fragilem inſpiſſata. Seligatur nitide flava. Surrogatur merito in locum Picis, quae eadem eſt Reſina, ſed ignis ope elicita, impurior, empyreumate & fuligine lignorum abietinorum contemerata. Neque a Reſina multum

tum differt ſic dictum COLOPHONIUM, quod eſt Pix liquida, prima coctione in aridam, altera, aceto addito, in aridiſſimam, fragilem, e fuſco ruſſam maſſam mutata. Vices pariter PICIS BURGUNDICÆ abunde ſupplere poſſe videtur.

SAGAPENUM. Sagapen Gummi. Sagapen.

Ferulae cujusdam GUMMI RESINA, in Media, Perſia & aliis orientalibus regionibus proveniens. Eligatur granulatum, translucidum; foris fulvi aut ruffi coloris, intus dilutioris; ſaporis acris ad porrum accedentis. Rejiciantur glebae concretae & veluti fuſae; coloris obſcuri, ſordidi.

SAGU. Sago. Sago.

Cycadis circinalis, quae e Palmarum familia eſt, vel potius, ſecundum *Rumphium*, *Sagus* MEDULLA granulata, ſiccata.

SANDARACH JUNIPERI. Enebär Gummi. Wachholder-Harz. Firniß.

Juniperi vel *communis* vel *Oxycedri* RESINA, ab ora Africae advecta. Eligantur grana pura, albicantia, ex albo citrina, ſplendida, pellucida, odoris grati, maſtichini.

SANGUIS DRACONIS. Drage-Blod. Drachen-Blut.

Dracaenae RESINA, ex Indiis & Africae inſulis allata. Glebae oviformes, minores, arundine involutae (in lacrumis), majoribus diſformibus praeferendae ſunt, quippe puriores magisque compactae. Eſt vero genuinus Sanguis Dra-

Draconis aequaliter fragilis cum laevi utrinque ſuperficie, luci ſolis admotus ſubpellucidus, coloris obſcure badii, in pulvere eleganter kermeſini. Liqueſcit ſuper igne, & totus inflammabilis eſt cum odore paulum ſtoracino, nec niſi in Spiritu Vini ſolvitur. Sunt qui factitium Sanguinem Draconis *in tabulis* componunt, e variis Gummi-reſinis, ſanguine hirci aut pigmentis terreis confuſis, ligno Braſilienſi aut Draconis reſina tinctis, & Gummi Arabici ſuccedaneorum ope conglutinatis. Hic vero ex parte aqua ſolvitur, in igne ſcintillat & crepitat, flammam luculentam haud concipit, nec facile in ſubtilem teritur pulverem.

SARCOCOLLA. Kiodliim-Gummi. Fleiſchleim-Gummi.

Pineae Sarcocollae GRANULA GUMMOSA, parva, ex albo ruffeſcentia, friabilia; ſaporis amaricantis, acris, ſubdulcis; odoris nullius, e Perſia allata. Eligatur recens, (vetuſta enim ruffeſcit), coloris pallidi, ſaporis amari, ſubſtantiae poroſae, glutinoſae.

SCAMMONEUM. Scammonium. Scammonium.

Convolvuli Scammonei SUCCUS gummoſo reſinoſus, ex Oriente allatus. Rejiciatur *Smyrnaeum*, e variis aliis Convolvuli ſpeciebus plantisque lacteſcentibus, Eſulae, Tithymali, Apocyni, Periplocae &c. ſobole coactum, impurius, gravius, nigricans, non adeo friabile, parum olidum. Eligendum vero Scammoneum *Aleppenſe* levius, ſpon-

ſpongioſum, friabile; e gilvo aut murino pullum cum ſplendore aliquo; in pulverem redactum ex albo cinereum; aqua aut ſaliva ſolutum, ex obſolete viridi aut cumatili lacteſcens; odoris ingrati viroſi; ſaporis acris nauſeoſi. Sed neque hoc caſtum ſemper purumque, verum callidis artibus ita adulteratum adfertur, ut contracta labes cognoſci nequeat. Hoc ſolum ſcimus, nonnunquam interponi *Scammoneum Monſpeliacum* (*Cynanchi Monſpeliaci* ſuccum lacteſcentem, coctione inſpiſſatum), paulo gravius, magisque nigrum; ſed virtutis catharticae debilioris.

Senegal. Gummi Arabicum. Arabiſk Gummi. Arabiſch Gummi.

Mimoſae Senegal, e Guinea & ora Nigritarum in fruſtis conſpicuae molis, foris aſperis, allatum Gummi, quod utpote minoris pretii, ejusdem tamen virtutis, in officinis proſtat loco *Gummi Arabici* (*Mimoſae* ſive *Akakiae* Aegyptiacae & *Arabicae*) pallide lutei, fragilis, fractum ſplendentis, pellucidi. Bdellii fruſtula, Senegal Gummi nonnunquam interpolata, odore ſe produnt.

Storax Calamita. Storax. Storax.

Styracis officinalis Gummi Resina, e Syria & vicinis locis allata, cujus optima ſpecies, arundine excepta, *Cannulata* vel *Calamita* dicta, rariſſime proſtat & valde pretioſa eſt. Noſtris in officinis vulgo illa tantum ſpecies occurrit, quae e lignorum ramentis ac ſerragine, Styracis ope conglutinatis conſtat, & *Scobs ſtoracina* dicitur, cui vero Styracis paucum ineſt, cum jam maxi-

mam partem expreſſa, pro conficienda *Storace granulata* ad nos perveniat. Pro uſu medico praeferenda Storax in granis ſive lacrumis albicantibus, luteis, rubentibus, variegatis, ſuaveolentibus, compagis denſae, in ore tenacibus pinguiusculis; ſaporis grati pungentis, in grumos vel maſſas e flavo rubroque fuſcas coalitis, nulla tamen ſerragine intertextis. *Storax liquida vera*, lacruma arboris nativa, ad nos non pervenit, ſed e Storace vino aut oleo ſoluta, cum Terebinthinae additione effingitur.

TACAMAHACA. Hak og Tak. Hack und Tack.

Populi balſamiferae, Americae meridionalis ac ſeptentrionalis & Sibiriae indigenae, LACRUMA reſinoſa, in putaminibus cucurbitarum collecta & advecta, coloris pallide lutei aut ſubruffi, languide viridis ſeu olivaris. Sit recens, non dura & arida, ſed digito prementi cedens, tenax; odoris fragrantiſſimi, lavendulam ambramque ſpirantis, putaminibus ſupradictis contenta. Deterior eſt, & vix ulla virtute praedita, quae in grumis glebisque adfertur, aut quae fuſcum, e cinereo pullum colorem acquiſivit. Nonnumquam aliis reſinis, ut *Chibou*, quae ex *Amyridis* aliqua ſpecie deſtillat, interpolata offenditur. Datur & alia TACAMAHACA SPURIA, e leguminoſo fructu *Fagarae octandrae* Linnaei, *Elaphrii tomentoſi* Jacquini, parata.

TRAGACANTHA. Tragant. Dragant.

Aſtra-

Aſtragali Tragacanthae ex Oriente, Graeciaeque inſulis advectum GUMMI, vermiculorum inſtar contortum, purum, candidum. Rejiciatur flaveſcens, obſcurioris coloris, in maſſis impuris ſordidis allatum, ſuper lingua non deliqueſcens.

IX. SUCCI VEGETABILES LIQUIDI.

ACETUM VINI. Wiinedike. Weineſſig.

E Vino, nova fermentatione, fermento acido addito, in regionibus viniferis paratur. Praeſtat limpidum, purum, acidum, gratum. Quod minori quam quadrageſima ſui parte ſalis alcalini ſaturatur, effoetum eſt. Admixtum acidum Vitrioli cognoſcitur, ſi librae uni Aceti ad unciam unam evaporatae, adjiciatur ſalis alcalini fixi in aqua uncia ſoluti, drachma una, & ad drachmas duas reſidui exhalent. Si cryſtalli inde natae Tartaro vitriolato aemulae fuerint, nec in ſpiritu vini ſolvantur, ſignum eſt commixti cum Aceto acidi vitriolici. Idem innoteſcet, ſi terrae calcareae in aceto forti ſolutio, aceto mangonii ſuſpecto, inſtillatur. Limpidum inde perſiſtit, quod purum eſt; lacteſcit vero, turbatur & ſedimentum album deponit, quod acidum vitriolicum admixtum habet.

BALSAMUS COPAHU, DE COPAIVA. Copaiva-Balſam. Copaiva-Balſam.

Nondum definitae arboris, indigenis *Copayba* dictae, in America auſtrali germinantis, LACRUMA

 oleoſo

oleoſo reſinoſa. Praeſtat Balſamus limpidior dilutiorque, tum conſiſtentia, tum colore, fragrantior nec ingrate amarus, qui ſucceſſu temporis tenax evadit & craſſitudinem melleam adipiſcitur. Rejiciatur opacus, non tenax, ſubturbidus. Adulteratur Terebinthina, oleo expreſſo unguinoſo, uti Amygdalarum, nupta. Innoteſcit hoc partim e colore non adeo laete aurantio, aut flaveſcente, parum opaco & ſubglauco, ſapore non adeo amaro, & odore minus fragrante; partim vero ex admixta Tinctura Tartari, a qua ſincerus Balſamus omnis fere ſolvitur, limpidusque evadit; oleo expreſſo vero adulteratus lacteſcit, turbidamque oſtendit mixturam.

Balsamus De Mecha. Balſam fra Mecha. Balſam von Mecha.

Opobalſami Resina liquida, albicans aut leviter flaveſcens, odoris fragrantis, ad Citri odorem accedentis, ſaporis acris & aromatici. Rariſſime genuinus ad nos pervenit. Signum bonitatis eſt, ſi guttula ex duorum pollicum altitudine aquae inſtillata, in rotundam expanditur cuticulam, & colorem flaveſcentem in albicantem ſplendidum mutat. Cuticula haec poſt quadrantem horae adeo tenax evadit, ut cultri apice attolli poſſit.

Balsamus Peruvianus Niger. Peruvianſk Balſam. Peruvianiſcher Balſam.

Ex non deſcriptae arboris in America auſtrali creſcentis cortice, coctione paratus Succus oleoſo-reſinoſus. Albus enim, ſpontaneo exſudans ſtillicidio, vix ad nos pervenit. Sit e ſpadiceo nigri-

nigricans, craſſitudinis melleae, ponderoſus; ſaporis acris, aromatici; odoris fragrantis, quaſi e Caryophyllis, Benzoë & Balſamo Tolutano confuſi; ſuper carbonibus gratum ſpargens odorem; opacus; inter digitos tractus fila ſubtilia pellucidula exhibens; frigidae guttatim inſtillatus, fundum petens; bullienti vero, in pelliculam oleoſam penetrantis ſaporis, aquae innatantem, & in partem graviorem, crudiorem, fundum petentem, dehiſcens. Chartae inſtillata gutta nigra manens & adhaerens, probi; rubicunda vero promteque defluens factitii ſignum eſſe dicitur. Olei, interveniente cera, commixtio cum Balſamo Peruviano, pateſcit ſuper ignem lenem, ubi quid balſami ſinceri ineſt, ſecedit & fundum petit. Conficitur etiam Balſamum ſpurium ex Populi gemmis cum oleo ſecundario Benzoës digeſtis. Mentitur hic Balſamus quidem veri odorem, ſed minus ſuavis eſt & validus. Alii Benzoës partes quatuor, ſtyracis unam, cum oleo coquunt & Aſphalto tingunt; quae fraus in alcohole Vini facile detegitur, in quo Balſamus verus omnis ſolvitur. Alii denique Benzoës oleo ſecundario & ſtyracis pauxillo, vilioris pretii Balſamum de Copahu admiſcent; quod ſi non ex odore, ſaltem experimento cum oleo Vitrioli inſtituto, quocum Balſamus Copahu commiſtus, agitatus, inſignem ebullitionem fumosque foetentes, cum colore rubicundo edit; Peruvianus vero ſine calore in mixturam rubicundiſſimam coccineam coit, pateſcit.

Betvlæ Succus. Birkeſaft. Birkenwaſſer.

Betulae albae Lacruma, e vulnerato trunco aut ramis ſponte ſtillans. Eliciatur verno tempore, antequam frondeat arbor, & ſtudioſe vitris inditus, ſuperfuſo pauxillo olei Olivarum, contra aeris acceſſum defendatur.

Oleum Behen. Behenolie. Behenöl.

Guilandinae Moringae e nucleis, *Balani Myrepſicae* dictis, expreſſum Oleum eleganter flavum, quod exiguo frigoris gradu ſigitur, omniumque difficillime ranceſcit. Quare tum ad defendendos ſuccos vegetabiles expreſſos, tum ad extrahendos ſuaves fragrantium, ut *Jasmini* aliorumque florum odores adhibetur. Nuclei ex Aegypto ad nos perveniunt.

Oleum Bergamottæ. Bergamot-Olie. Bergamot-Oel.

Citri medicae e ſpecie *Bergamotta* dicta, expreſſione elicitum Oleum eſſentiale, ex Italia advectum.

Oleum Betulinum. Rusci. Brusci. Schwarzer Degen-Birkentheer.

Betulae albae e cortice exuſto per deſcenſum deſtillans Oleum empyreumaticum, e Lithuania maximam partem allatum, corium bubulum Ruſſicum (Juchten) redolens; qvo odore dignoſcitur a ſuppoſititio, e cortice Juniperi aliisque deſtillato.

Oleum

OLEUM CAJEPUT. Cajeput-Olie. Cajeput-Oel.

Cardamomi majoris ſiliquati, *Trevio* teſte, e granis OLEUM eſſentiale, odoris Cardamomi, pellucidum, coloris laete virentis, ex India allatum.

OLEUM DE CEDRO. Citron-Olie. Citronen-Oel.

Citri medicae e Fructibus OLEUM eſſentiale, expreſſione aut deſtillatione obtentum, ex Italia allatum. Sit flavum, pellucidum, graveolens, non turbidum.

OLEUM JASMINI. Jasmin-Olie. Jesmin-Oel.

Jasmini officinalis Florum OLEUM infuſum, aliunde ad nos perveniens. *Vid. Oleum Behen.*

OLEUM JUNIPERI. Enebår-Olie. Wachholder-Oel. Krummholz-Oel.

Juniperi vulgaris e ligno & cortice deſtillatum OLEUM, e ſylva Hercinia allatum, non raro Oleo Pini & Terebinthinae adulteratum. *Vid. Canones pro Oleis eſſentialibus in Parte II.*

OLEUM LAURINUM. Lorbår-Olie. Lor-Oel

Lauri nobilis e Baccis contuſis, affuſaque aqua coctis expreſſum OLEUM, ex Italia, maximam vero partem e Gallia auſtrali allatum. Plerumque adipe ſuilla, Terebinthina & colore viridi (Saftgrün vocant) adulteratum ad nos pervenit.

OLEUM LINI. Liin-Olie. Lein-Oel.

Lini uſitatiſſimi Oleum expreſſum recens. *Vid. Pars II.*

Oleum Momordicæ. Balſam=Aepfel=Oel.

Balſaminae momordicae Fructuum Oleum infuſum, ex Hollandia advectum.

Oleum Nucis Moschatæ. Muſkat=Olie. Muſkat=Oel.

Myriſticae Drupae Oleum expreſſum, ex Indiis allatum, fragrantiſſimum, conſiſtentiae melleae; coloris ex aureo cinnamomei. Rejiciatur durum, pallide coloratum, non admodum fragrans, varia pinguedine interpolatum. *Vid. Pars II.*

Oleum Nucum Juglandium. Walnod=Olie. Nuß=Oel.

Juglandis regiae Fructus Oleum expreſſum recens, non rancidum.

Oleum Olivarum. Bom=Olie. Baum=Oel.

Oleae Europaeae in Europa auſtrali cultae, e fructibus expreſſum Oleum. Praeſtat e Luſitania, Italia & Gallo-provincia allatum, ex albo leviter virideſcens, ſine amurca, absque ſapore aut ſalſo, aut rancido, & inodorum. Quod ſecunda obtinetur expreſſione, magis flaveſcit, & cum ſordibus mucilaginoſi quid praecipitat, unde facilius ranceſcit. Sunt, qui deteſtabilis lucri cauſa, olea Raparum aut Lini, ab ingrato & nidoroſo odore additis praeparatis ſaturninis liberata, loco olei Olivarum vendunt. Tetra fraus detegitur commixto liquore vini probatorio, i. e. Auripig-

ripigmenti Uncia, Calcis vivae Unciis duabus, Aquae pluvialis Unciis duodecim infuſis & digeſtis, quae tinctura oleo, aut vino addita, illa quae plumbeis contaminata ſunt praeparatis, fuſco tingit colore.

OLEUM PALMÆ. Palm-Olie. Palm-Oel.

Palmae foliorum pediculis ſpinoſis, fructu pruniformi, luteo oleoſo, Sloane, OLEUM e nucleis fructuum expreſſum e Jamaica & Barbados inſulis advectum, ſpiſſum, coloris aurantii; odoris fortis non ingrati; ſaporis vix ullius. Rejiciatur album, vetuſtum.

OLEUM RAPARUM. Roe-Olie. Rüb-Oel.

Braſſicae Rapae OLEUM e ſeminibus expreſſum, recens, non rancidum.

OLEUM SPICÆ. Spik-Olie. Spick-Oel.

Lavendulae Spicae OLEUM ſtillatitium, ex Hollandia allatum.

OLEUM TEREBINTHINÆ. Terpentin-Olie. Terpentin-Oel.

Oleum Terebinthinae eſſentiale deſtillatione prolicitum, locum *Olei Templini* ſive *Pini* ſupplens. Non raro adulteratur oleo Pini, quod tum odore, tum experimentis cum concretis reſinoſis variis, uti Sandarach, Copal &c. quae non niſi in vero Terebinthinae oleo ſolvuntur, innoteſcit.

PIX LIQUIDA. Tiär. Theer.

E variis *Pini* ſpeciebus, lento tectoque igne concrematis, obtentum MAGMA, unctuoſum, ſalino-oleoſo-reſinoſum empyreumaticum, ex Norvagia, aut Suecia potiſſimum advectum.

SPIRITUS VINI. Brändeviin. Brannt-wein.

Spiritus inflammabilis deſtillatione e Vino, Vini faecibus, Cerealibus, Syrupo de Saccharo defluente &c. prolicitus. Ad tincturas aliaque medicamenta paranda, non niſi Spiritus Vini Gallicus, isque probe rectificatus, adhibeatur.

STYRAX LIQUIDA. Styrax-Balſam. Styrax-Balſam.

Liquidambaris ſtyraciſluae LACRUMA reſinoſa, e nova Hiſpania & America ſeptentrionali advecta. Quod in Officinis Storacis liquidae titulo inſignitum proſtat, magma eſt factitium, e cinereo ſpadiceum, aut pullum, opacum unctuoſum, e Terebinthina, oleo vinoque compoſitum, cui Storacis ſiccae pauxillo addito, ambroſiacus hujus odor conciliatus fuit. Sincera & nativa Storax liquida antiquis celebrata, nunquam ad nos pervenit. Colligitur in maris rubri inſula Cobros, Moccamque adfertur, quo ipſo loco & rara eſt & praecara. Eſt vero pellucida, coloris rubelli, aut e murino fulvi, & valde fragrans. In hac genuinae Storacis inopia, Americana accipitur, limpida, coloris ad lucem aurei, & fragrantiſſima.

TEREBINTHINA, Terpentin. Terpentin.

Piſta-

Piſtaciae Terebinthi LACRUMA, coloris albi, ſplendidi, argentei, varie in ſubglaucum, flavum viridemque, pro varia verſus lucem collocatione mutabilis. *Cypria*, ſive *Chia* ſincera, gratioris magis amaritiei, tenacior, prunis inſperſa odorem ſpargens maſtichinum, rariſſime ad nos pervenit. Praefertur paulo opaca, craſſior, tenacior. Quae *Veneta* dicitur, ex America ſeptentrionali adfertur, aut in Germania auſtrali, Sabaudia, Helvetia, Delphinatu & vicinis colligitur locis, atque in utribus e pellibus hircinis conſutis ad nos pervenit. Sunt vero Terebinthinae duae ſpecies, *larigna* (*Pini Laricis*) Lerchen-Terpentin, & *abiegna* (*Pini Abietis*) Tannen-Terpentin, quae ſequentibus diſtinguuntur notis: abiegna limpidior eſt, & magis pellucida; larigna pallide magis flavet: abiegna non adeo tenax eſt; larigna ſaporis eſt acrioris, pungentis, ingrati, oleo tamen ditior: abiegnae ſapor magis amarus eſt, grate citrinus; odor gratior, citrum redolens, nec prunis injecta foetet uti larigna. Eſt autem abiegnae ſpecies, quam alii *Pini Balſamicae*, alii *Laricis Canadenſis* lacrumam eſſe perhibent, gratiſſima quidem Terebinthina, Britannis, Gallisque ſub titulo *Balſami Canadenſis*, ſive *de Gilead* uſitata. *Terebinthina communis* dicta (*Pini Taedae*) Föhrenkien-Terpentin, coloris fuſci, non adeo pellucida, ingrati odoris ac ſaporis, non raro etiam impura, pro uſibus medicis non adhibeatur.

VINUM. Wiin. Wein.

Vitis viniferae ex uvis SUCCUS expreſſus, calore

lore temperato fermentatus, & a faecibus decantatus. In Pharmacopoliis praeſto ſint: Vinum Gallicum Album vetuſtius; Gallicum Rubrum, lignis tinctoriis, aut Myrtilli baccis non imbutum; Hispanicum nobilius; Rhenanum vetuſtius, gratum, non acidi crudique ſaporis. Syruporum aut mellis cum Vino commixtio noto cognoſcitur experimento, ubi vino repletum anguſtioris colli vitrum, ſuper vaſe aqua pleno invertitur, unde dulcem aqua nanciſcitur ſaporem. Rejiciuntur pariter vina ſuffitu nimio ſulphurato temerata, quod tam odore, quam inſtillata ſolutione argenti in Aqua forti, unde ſubniger, aut fuſcus vino conciliatur color, pateſcit. Deleteria vero illa, a praeparatis ſaturninis, Bismutho, ipſoque Arſenico Vino inducta labes, detegitur, aut inſtillatis Vini binis unciis, Olei Vitrioli optimi guttis ſenis, unde lacteſcet & calcem in fundum demittet; aut immiſto liquore vini probatorio, ſub *Oleo Olivarum* deſcripto; aut addita denique Tinctura Sulphuris Hoffmanni, a quibus Vinum adulteratum nigricantem induit colorem.

X. *SALIA VEGETABILIA.*

Cineres Clavellati. Pott-Aſke. Pott-Aſche.

Sal Alcali impurum, e crematis arboribus durioribus, Fagis inprimis paratum. Plerumque continent ſal medium, Tartari vitriolati, aut Salis

lis marini aemulum. Quare nova in aqua frigida ſolutione, & filtratione & exſiccatione, ad Alcali purum obtinendum, indigent. Germanici Cineres, quo puriores ſunt, magisque albentes, levesque, (Perlaſche vocant,) eo purius largiuntur Alcali. Ad mechanicos vero uſus praeſtant Cineres Ruſſici, in maſſis grandibus, duris, obſcurioris coloris, non facile humidum ex aëre attrahentibus, allati, ob interpolata inter cremandum ſegmenta abiegna, acido vegetabili ſcatentes, & revera diverſum a vero Alcali ſal exhibentes.

FULIGO. Speil-Soed. Ruß.

Concretum ſalino-oleoſum empyreumaticum e fumo lignorum combuſtorum.

SACCHARUM. Sukker. Zucker.

Sacchari officinalis SAL eſſentiale ex America allatum. Crudum, neque repetito depuratum *Thomaeum*; farinaceum, Puder-Sukker, Muſcovade; repetita ſolutione addito lixivio alcalino cryſtalliſatum: *Canarienſe* Fiin fiin; in grandiores denique cryſtallos redactum *Candum flavum*, Sukker-Candies, vocatur.

SACCHARUM LACTIS. Melk-Sukker. Milch-Zucker.

Seri, quod ſponte e lacte ſeceſſit, SAL eſſentiale, ex Helvetia plerumque allatum.

SAL ACETOSELLÆ. Skovſyre-Salt. Sauerklee-Salz.

Oxalidis Acetoſellae SAL eſſentiale acidum. Sincerum hoc ſal aliunde advectum, pulverem exhi-

exhibet non adeo ſubtilem, in lamellulas diſpoſitum, ex albo gilvi, aut ſubfuſci coloris. Saepius vero cryſtallis Tartari & acido vitrioli remixtum deprehenditur; quod ex ſaporis differentia, & ſolutione in aqua, quae admiſtas Tartari cryſtallos praecipitat, pateſcit.

Sapo Alicantinus. Spanſk Såbe. Spaniſche Seife.

Ex Oleo Olivarum atque lixivio quod e binis Sodae; una calcis vivae partibus paratur, coctione inſpiſſatus Sapo, maximam partem Maſſiliae confectus. Sit albicans, durus, levis digitos pinguedine non inquinans, neque ingrato rancidoque odore corruptam pinguedinis adhibitae indolem prodens. Rejiciatur variegatus, nec unquam uſibus internis inſerviat, quippe Auripigmenti non exiguam quantitatem admiſtam habens. Praeſtat vero Sapo Alicantinus prae Veneto.

Soda Hispanica. Sode. Sode. Glaß-Schmalz. Aſch-Salz.

Sal ex Alcali vegetabili & minerali, cum aliqua ſalis communis portione conſtans, e Plantarum marinarum ac ſalſarum, *Chenopodii* inprimis *maritimi* ac *ſalſi*, *Salicorniae Europaeae*, *Salſolae Kali* ac *Sodae*, *Fucorum* etiam, praecipue *Fuci veſicularis* cineribus in foveam collectis, in quibus in maſſam duram, gryſeam, glaucam coaleſcit, con-

conflatum. Paratur in Aegypto, ora Africae, Hiſpania, Gallia, Italia, nec non in regno Aſtracan. *Alexandrina* non niſi ad Venetos perveniens, ad artem vitrariam adhibetur. Optima quae nobis adfertur, Alicantina eſt, & prae reliquis ſpecies illa, quae *de Berilla*, ſive *la Bariglia* vocatur. Mediae bonitatis cenſetur *Carthaginenſis*, ex Hiſpania advecta; obſcurioris coloris, multum tamen Alicantinae poſtponenda. Vilior omnium eſt, ideoque rejicienda, quae ex aliis regionibus adfertur, inprimis ea, quae *de Bourdine*, aut *de Barech* vocatur; Saponariorum uſibus magis quam Medicorum accommodata. Proba autem Alicantina ſit dura, ſicca, tinniens, multis foraminibus conſpicua, coloris e gryſeo glauci, particulis parvis albentibus, majoribus nigricantibus remixta. Sodae fruſtulum ſaliva madefactum, odorem ſpargat violaceum & parum urinoſum volatilem. Adfertur etiam genuina Alicantina in fruſtis minoribus, ſilicum magnitudinis, *Cailloti* vocatis. Quae vero in doliis junco involuta divenditur, plerumque vilior eſt. Rejiciatur humida, pinguis, facile in aëre madeſcens; capillis & ſabulo ſcatens; e nigro vireſcens aut albicans; madefacta ingratum, uliginoſum & paludoſum foetorem edens; ſaporem eumdem, aut ſalſum non lixivioſum linguae inprimens; cum acidis haud promte efferveſcens, & foraminibus non conſpicua.

TARTARUS. Wijnſteen. Weinſtein.

Sal

Sal eſſentiale Muſti, fermentationem vinoſam experti. Tartarus *crudus* albus eſt aut ruber. Praeſtat e Rhenano Vino albus, plus ſalis continens. Sit autem purus, ponderoſus, ſolidus, non ſpongioſus, externe cryſtallis multis puris reſplendens. Cryſtalli Tartari ſecundum regulas in Parte II. praeſcriptas parandae, non aliunde arceſſendae ſunt. His enim ſaepius aut Alumen admiſtum eſt, aut Nitrum. Prius addito Gallarum infuſo, unde pulvis albus praecipitatur; poſterius detonatione detegitur.

III.

E REGNO ANIMALI.

I. TERRAE ANIMALES.

CANCRORUM LAPIDES, ſive OCULI. Krebs-Steene. Krebs-Augen.

Cancri macrouri, roſtro ſupra ſerrato, baſi utrinque dente ſimplici LAPIDES, ventriculo accreti, e lamellis ſibi ſuperincumbentibus vel ſtriis compoſiti; qua nota ab adulteratis, factitiisque dignoſcuntur.

CERVI CORNU. Hiorte-Takke. Hirſch-Horn.

Cervi elaphi CORNU.

CONCHÆ. Musling-Skaller. Muſchel-Schaalen.

Vermium teſtaceorum bivalvium TEGMENTA calcarea.

CORALLIA ALBA. Hvide Coraller. Weiſſe Corallen.

Madrepora oculata in mari Siculo, ac Tyrrheno habitans.

CORALLIA RUBRA. Rode-Coraller. Rothe Corallen.

Madrepora rubra, ſtellis parvis, obſoletis, lateralibus. Lithophytum in mari Numidico repeciundum. Eligatur pulchre rubens, a ſordibus liberum.

Mater Perlarum. Perle-Moer. Perle-Mutter.

Oſtreae Ephippii Testa; in mari Aſiatico reperiunda.

Ostrearum Testæ. Oſters-Skaller. Auſtern-Schaalen.

Oſtreae edulis Testæ ad calcem parandam.

Sepiæ Os. Fiſke-Been. Fiſch-Bein.

Sepiae octopodae Os dorſale corneum.

II. VERMES ET INSECTA.

Cantharides. Spanſke-Fluer. Spaniſche Fliegen.

Meloë veſicatorius, in regionibus calidioribus, Hiſpania, Gallia, Germania &c. abundans; Fraxinum, Liguſtrum, Populum albam, Sambucum, praecipue amans. Praeferuntur minores, recentes, integrae non pulverulentae.

Coccinella. Carmeſin-Orm. Cuzzinell.

In *cacti coccinelliferi* Surculis collecta Insecta, certa encheireſi in grana abeuntia. Advehuntur e nova Hiſpania, & regno Mexicano. Sint integra, granulata, externe albicantia; trita vero purpurea, ponderoſa.

Formicae. Myrer. Ameiſen.

Formicae ruffae.

Gallæ. Galdäbler. Gallåpfel.

In Foliis Quercus a puncturis inſectorum natae Excrescentiæ fungoſae, ex Aleppo & Smyrna allatae. Hi-

Hirudo. Blodigel. Blutigel.

Hirudo medicinalis depreſſa, fuſca, lineis flavis dorſalibus ſex, intermediis immaculatis, ſubtus cinerea, nigro-maculata.

Kermes. Kermeskorn. Carmoſin- oder Scharlachbeeren.

Cocci quercus cocciferae ſive Excrescentiæ, a puncturis & depoſitione ovulorum inſecti cujusdam natae, ex Monſpelienſi agro advectae. Eligantur grana e rubicundo fuſca, integra.

Lumbricus. Jordmaddik. Regenwurm.

Lumbricus tereſtris.

Millepedes. Kielderorm. Eſelorm. Kellereſel. Mauereſel.

Oniſci Aſelli.

Muscus Corallinus. Strand-Moos. Corallen-Moos.

Corallina officinalis trichotoma. Zoophyton in Oceano Europaeo habitans, integrum, ſabulo & conchis variis non remixtum.

Scarabæus Unctuosus Majalis.

Meloë Proſcarabaeus, apterus, corpore violaceo, in apricis campis habitans, vivus melli immerſus.

Scorpio. Scorpion. Scorpion.

Scorpio Europaeus, pectinibus octodecim dentatis, manibus ungulatis, pro Scorpionum oleo parando.

Spongia. Svampe. Schwamm.

Spongia officinalis. Zoophyton in mari mediterraneo magna quantitate reperiundum, album, foraminibus exiguis pervium, leve.

STINCUS MARINUS. Soe=Stinz. Meer=Stinz.

Lacertis ſimile ANIMAL, cum dorſo latiore, magis glabro, in Nilo fluvio & mari rubro degens.

VIPERA. Odderſlange. Viper.

Coluber Vipera ex Italia advecta.

III. SUCCI ANIMALES ARIDI ET FLUIDI.

AXUNGIA CANIS. Hunde=Fitt. Hunds=Schmalz.

Canis familiaris PINGUEDO eliquata recens.

AXUNGIA LEPORIS. Hare=Fitt. Haſen=Fett.

Leporis timidi PINGUEDO recens.

AXUNGIA LUCII PISCIS. Giedde=Fitt. Hecht=Schmalz.

Eſocis Lucii PINGUEDO recens.

AXUNGIA PORCI. Svine=Fitt. Schwein=Schmalz.

Suis ſcrofae PINGUEDO recens.

AXUNGIA VIPERÆ. Odderſlange=Fitt. Vipern=Schmalz.

Colubri Viperae PINGUEDO recens.

AXUNGIA URSI. Biorne=Fitt. Bären=Schmalz.

Urſi PINGUEDO recens.

CASTOREUM. Bevergeel. Biebergeil.

HUMOR pinguis, oleaginoſus, in folliculis propriis,

priis, juxta anum *Caſtoris, Fiber* dicti, ſecretus. Aeſtumatur Dantiſcanum, Pruſſicum, Polonicum, durum, ponderoſum, ruffum, tenuibus membranulis intermixtum; odoris penetrantis ingrati, ſaporis amari ſubnauſeoſi. Inferioris quidem notae, ſed bonum ſatis eſt Caſtoreum Ruſſicum, ut & Anglicum ex America allatum, ſiccius, minus fortis odoris, minoribus magisque nigris contentum ſacculis. Saepe etiam corrumpitur Ammoniaco, Sagapeno, arenis, melle; odore & ſapore fraus detegitur.

CERA. Bor. Wachs.

Apis melliferae e florum ſtaminibus & nectariis collecta & elaborata SUBSTANTIA GLUTINOSA, ex favis, expreſſo prius omni melle, igne liquatis, adjecta aqua lotis, & in panes fuſis, parata, ſub *Cerae flavae* nomine, quae repetita ad ignem fuſione purificata, lota, aëre, ſole, aliisque artificiis dealbata *Ceram albam* exhibet.

CERVI SEBUM. Hiorte-Tälle. Hirſch-Talg.

Cervi elaphi PINGUEDO eliquata recens.

CETI SPERMA. Hvalraff. Wallrath.

Phyſeteris Macrocephali e ventriculis cerebri LIQUOR UNCTUOSUS, coctione aridus redditus. Eligatur album, dulce, recens. Flavum rancidum eſt.

FEL LUCII PISCIS. Giedde-Galde. Hecht-Galle.

Eſocis Lucii BILIS inſpiſſata.

FEL TAURI. Oxe-Galde. Ochſen-Galle.

Bovis Tauri BILIS ad inſpiſſandum.

GUMMI LACCÆ. Gummi-Lak. Gummi-Lac.

Gummireſina ceracea, a formicis volantibus Indiae ex arboribus collecta; accenſa odorem primo gratum, dein foetidum, animalis ſubſtantiae ſpargens, colorem rubrum a Chryſalidum exuviis adipiſcens. Quae *Lacca in Granis* dicitur, deterior eſt tota, & inſecto orba. Ejusdem cenſus eſt *Lacca in Tabulis*, e granulata fuſa & a faecibus purgata confecta e flavo rubens, pellucida & fragmentis Vitri Antimonii ſimilis: Praeſtat LACCA IN BACULIS, ſive in ramulis, ſubamara adſtringens, ſalivam colore purpureo tingens.

HIRCI SANGUIS. Bukke-Blod. Bocks-Blut.

Caprae Hirci, herbis vulnerariis per tempus paſti & mactati, SANGUIS in clibano ſiccatus.

HIRCI SEBUM. Bukke-Tälle. Bocks-Talg.

Caprae Hirci PINGUEDO recens.

ICHTHYOCOLLA. COLLA PISCIUM. Huus-Blas. Haus-Blaſen.

Ex *Acipenſeris Huſonis* pinnis, inteſtinis, corio excoctum GLUTEN, quod refrigeratum in pelliculas deductum & in ſpiras contortum proſtat. Advehitur maximam partem ex Moſcovia. Eligatur alba, ponderoſa, ſolida, facile ac tota diſſolubilis.

MEL. Honning. Honig.

Apis melliferae e nectare & polline florum PRODUCTUM reſinoſo-mucilaginoſum, ſpiſſioris conſiſtentiae; ſaporis dulciſſimi; odoris grati; coloris vel

vel albicantis, vel pallide flaventis; vel etiam ſaturatioris. Praeter plantarum, ex quibus mel colligitur, diverſitatem, unde ſalubritas, odoris ſaporisque differentia pendent, adhuc magnum ratione coloris, conſiſtentiae, puritatis, bonitatis diſcrimen patitur. Optimum eſt VIRGINEUM, Jomfrue-Honnign, Jungfern-Honig, nulla adhibita arte ex favis diffractis, craticulae impoſitis, defluxum. Delicatius deprehenditur MEL NARBONENSE, ubi Rosmarinus, aliaeque nobiliores plantae occurrunt. Deterius eſt *expreſſum*, ceram redolens; deterrimum elutum, coctum. Adulteratum farina magis albidum eſt, vix odorum, glutinoſum. Conſiſtentia, color, odor, ſapor, aliarum fraudum criteria ſunt. MEL DESPUMATUM, Klaret Honning, geläuterter Honig, in vaſe fictili, moderato calore, lente parandum eſt.

MOSCHUS. Desmer. Biſam.

SUBSTANTIA UNCTUOSA, ambroſiaca, e folliculis prope umbilicum *Moſchi moſchiferi* collecta. Optimus ſed rarus eſt *Tunquinius*; Ordine bonitatis ſuccedit ex *Bengalia* & *Agria* allatus; peſſimus eſt *Moſcoviticus*. Optima Moſchi ſpecies affertur in veſicis tenuibus, rotundis, magnitudinis ovi columbini, crinibus ruffis brevibus tectis, integre repletis. Muſcus ipſe ſiccus eſt, parum unctuoſus, obſcure rubri, ruffi aut e ferrugineo nigricantis coloris; in parvis rotundis granis, perpaucis duris nigris fruſtulis intermixtus, ſine ulla, aut ſabuli, aut aliarum ſubſtantiarum admiſtione. Manducata aut cultro abraſa fruſtula, particulis quaſi reſinoſis mi-

cantia, flaveſcunt; ſaporem amaricantem odoremque fragrantem produnt; & laminae candenti impoſita tota evaporant, relicto cineris gryſei pauxillo. Adulteratus enim eſt Moſchus, qui aliquid carbonis inſtar aduſtum relinquit.

Sal Ammoniacus. Salmiac. Salmiac.

Sal e fuligine ſtercorum animalium concrematorum, ex acido ſalis ſalſi & alcali urinoſo conflatus. Ex Aegypto advehitur; nunc vero Brunsvigae etiam non ſecus ac in Scotia paratur, & forma canorum, inſtar ſacchari adfertur. Eligatur candidum & purum, quod addito ſale alcali ſtatim odorem ſalis volatilis ſpargit.

PARS

PARS II.

COMPOSITA

ET

PRAEPARATA.

COMPOSITA
ET
PRAEPARATA.

ACETUM BEZOARDICUM.

Recipe. Radicum Petaſitidis,
Valerianae,
Anglicae ana drachmas ſex,
Zedoariae ſemunciam,
Foliorum Rutae,
Salviae,
Scordii ana unciam unam,
Florum Lavendulae,
Roſarum rubrarum ana ſemunciam,
Baccarum Juniperi uncias duas,
Flavedinis Corticum Citri unciam unam,
Myrrhae electae drachmas duas.
Inciſis & contuſis affundantur
Aceti Vini optimi non deſtillati librae quatuor.
Relinquantur leni digeſtioni, donec Acetum probe fuerit impraegnatum.
Colaturae filtratae, ſi placet, addi poterit
Camphorae Spiritu Vini ſolutae ſemuncia.

ACE-

ACETUM LITHARGYRII.

R. Lithargyrii ſubtiliter triti libram unam,
Aceti Vini optimi libras tres.

In vaſe figulino probe vitreato coquantur lento igne ad dimidiae partis conſumtionem, ſub continua cum ſpatula lignea agitatione. Acetum ſaturatum per chartam filtretur.

ACETUM ROSARUM.

R. Roſarum rubrarum ſiccarum unciam unam,
Aceti Vini optimi uncias octo.

In vaſe vitreo bene obturato per duas, aut tres ſeptimanas ſolis calori exponantur, poſtea colentur & fortiter exprimantur.

ACETUM RUTAE.

Paretur e Foliis ſiccis, perinde ac Acetum Roſarum.

ACETUM SAMBUCI.

Paretur e Floribus recenter ſiccatis, eodem modo ac Acetum Roſarum.

ACETUM SCILLITICUM.

R. Scillae praeparatae & ſiccatae uncias octo,
Minutim inciſis affundantur
Aceti Vini albi acerrimi librae octo.
Per plures dies macerata colentur.

ACETUM VINI CONCENTRATUM.

Hyeme Acetum in vaſe terreo, vel ligneo, intenſo exponatur frigori, donec forte tertia, vel

vel quarta pars congelaverit. Quod ſupereſt fluidi in medio contenti, perfracta glacie effuſum, in Lagena vitrea ſervetur.

ACETUM VINI DESTILLATUM.

R. Aceti Vini fortis quantum libet.

Deſtilletur e Retorta magna vitrea lento igne. Prodit primo Phlegma, quod abjiciendum. Quod ſequitur, Acetum eſt. Continuetur deſtillatio, donec e duodecim, vel quindecim libris vix ſeſquilibra ſuperſit; ne Aceto ad ſiccitatem abſtracto empyrevma contrahatur. Quod ſi, ad majorem Aceti quantitatem obtinendam, e Cucurbita cuprea fiat deſtillatio, Alembicus Veſicae collum tegens, vitreus ſit, non cupreus,

AES VIRIDE CRYSTALLISATUM.

Vid. Flores Viridis Aeris.

AES USTUM.

R. Cupri in laminas redacti quantum libet.

In Crucibulo probe ignito fiat cum Sulphure communi ſtratum ſuper ſtratum, & calcinentur, donec laminae friabiles reddantur, quae in pulverem terantur.

AETHIOPS ANTIMONIALIS.

R. Antimonii crudi puriſſimi, ſuper porphyritem triti unciam unam,
Mercurii vivi puriſſimi ſemunciam.

Terantur exactiſſime, donec omnes globuli mercuriales evanuerint,

ÆTHI-

AETHIOPS MINERALIS.

R. Mercurii vivi puriſſimi,
Florum Sulphuris ana partes aequales.

Miſceantur intime in mortario vitreo, vel lapideo, cum piſtillo vitreo, lapideo, aut ligneo mundo, donec Mercurius diſparuerit.

AETHIOPS SULPHURIS ANTIMONII.

Vid. Pulvis Alterans.

ALOE DEPURATA.

R. Aloës ſuccotrinae libram unam.
Solvatur in
Aquae fontanae calidae libris quinque,
Succi Citri depurati unciis ſex.

Committatur ſolutio vaſi vitreo per unum alterumque diem, ut reſinoſa ſubſtantia cum faecibus fundum petat. Tunc clarum a ſpiſſo per decantationem atque colationem ſeparatum, lento igne ad extracti conſiſtentiam evaporet.

Succus Citri poſt ſolutionem demum addendus eſt.

ALUMEN USTUM.

R. Aluminis crudi quantum volueris.

Calcinetur in olla fictili nova, donec totum efferbuerit, neque amplius ſpumam emittat, ſed leve atque poroſum evaſerit.

ANI-

ANIMA RHABARBARI.

Vid. Tinctura Rhabarbari.

ANTIMONIUM CRUDUM PRAEPARATUM.

Antimonium Hungaricum in mortario ferreo tritum laevigetur ſuper porphyritem, donec particulae micantes disparuerint. Dein cum multa Aqua permiſceatur ac agitetur, quae turbata decantetur & vaſi idoneo committatur. Superſtiti materiae iterum affundatur aqua, quae nova tritura etiam turbida facta, priori addatur. Atque ſic omni materia alcoholiſata exhauſta, aquae illae denuo decantentur, & Antimonium fundum petens exſiccetur.

ANTIMONIUM DIAPHORETICUM.

℞. Antimonii crudi praeparati libram unam,
Nitri depurati ſicci libras tres.

Exacte mixta, in pulverem trita & per cribrum trajecta, ſucceſſive, mediante cochleari ferreo, immittantur crucibulo capaci ignito, & agitando detonent, cavendo ne quidquam pulveris carbonum incidat in crucibulum. Peracta detonatione Flores Antimonii lateribus crucibuli adhaerentes, ſollicite ſpatulae ope ſeparentur. His factis maſſa adhuc mollis, cochlearis ferrei ope caute, ne a floribus inquinetur, e crucibulo exhauſta, laminae metallicae impoſita & frigefacta, aquae injiciatur, ubi in pulverem fatiſcit, qui fundum petens, copioſa Aqua affuſa diluatur, ut commovendo ſubtilior pars cum ea decantari poſſit, quae edulcorata atque ſiccata uſui ſervetur.

Nota. De ANTIMONIO DIAPHORETICO NON EDULCORATO, ſi deſideretur, hoc obſervandum, quod & ſaepius recens parandum ſit, & in vaſe vitreo bene obturato ſervandum, ne temporis mora, aut humiditatem contrahat, aut acrimoniam.

ANTIMONII BUTYRUM atque CINNABARIS.

R. Mercurii ſublimati corroſivi libras tres,
Antimonii Hungarici electi libram unam.

Seorſim primum in pulverem redacta, exactiſſima tritura commiſceantur in mortario lapideo, vel vitreo, cavendo a vaporibus exhalantibus. Immittantur Retortae vitreae lati brevisque colli, cujus tertia ſaltem pars vacua remaneat. Adaptato ac lutato recipiente, primum lenis, tum fortior ignis adminiſtretur gradus, donec liquor, retortae collo glaciei inſtar adhaerens, penitus expulſus fuerit, qui nimium concreſcens, collique oppilationem minitans, pruna interdum caute admota liquefactus, in vas recipiens propellatur. Quamprimum vero vapores rubri adſcendunt, recipiens mutetur. Tum juncturis non lutatis, fortiſſimus adhibeatur ignis, ut CINNABARIS ad latera Retortae ſublimetur, compactaque adhaereat, quae omnibus refrigeratis, fracta Retorta a ſordibus ſeparetur, in pulverem teratur, aqua abluatur, atque iterum ſiccata, ſublimatione rectificetur.

Butyrum ſeorſim ſervandum, repetita rectificatione liquorem praebet limpidum, ab aëris acceſſu probe arcendum.

R. An-

ANTIMONII VITRUM.

℞. Antimonii in pulverem triti quantum libet.

In patina terrea non vitreata leni igne calcinetur, ſub jugi cum tenui piſtillo vitreo agitatione, ne grumeſcat Maſſa. Calcinatio vero protrahatur, donec aſſurgere fumi deſinant. Quodſi in grumos abierit maſſa, denuo in pulverem redigatur & calcinetur, usque dum in calcem gryſei coloris, ſulphur non redolentem, mutata fuerit. Haec fortiſſimo igne in crucibulo fundatur, ac pauxillo Antimonii crudi maſſae difficulter fluenti adjecto, in patinam effundatur, colorem pellucide hyacinthinum exhibens.

ANTIMONII VITRUM CERATUM.

℞. Cerae flavae drachmam unam.

In vaſe ferreo liquefactae injiciatur

Vitri Antimonii in pulverem triti uncia una.

Detineantur ſuper lenem ignem ad horam dimidiam, ſpatula aſſidue agitando. Dein effundatur materia in chartam, atque frigefacta in pulverem redigatur.

AQUAE DESTILLATAE.

CANONES.

1. HERBAE Floresque, quorum virtutes facile exhalant, recentes ſint atque integri. Huc referimus *Acaciae* Flores, *Hyſſopum*, *Majoranam*, *Mentham piperitidem*, *Pulegium*, *Sambucum*, *Scordium*, *Tiliae* Flores.

2. VEGETABILIA, quorum virtutes non adeo

facile avolant, in umbra ſiccata atque concila adhibentur. Huc pertinent *Chamomilla Romana, Lavendula, Mentha criſpa Meliſſa, Ruta, Salvia.*

3. QUAEDAM praeſtat addito ſale macerationi ſubjicere, uti Flores *Naphae* & *Roſarum.*

4. AFFUNDATUR Aquae fontanae ſextupla quantitas. Octupla & major requiritur pro ſiccioribus. Deſtillatio fiat e Veſica cuprea, ſtanno probe obducta, alembico ſtanneo munita, atque lutatis optime juncturis protrahatur, quamdiu Aqua ſapida, aut odora prodit, cavendo ab empyrevmate.

5. OLEI guttulae, quae ſupernatant, diligenter abſtrahantur.

6. QUAE ad Aquas compoſitas adhibentur Vegetabilia, macerationi prius ſubjiciantur. Brevior haec requiritur pro ſucculentis atque principio volatili praeditis; diuturnior pro ſiccioribus.

7. FACTA maceratione, affundatur Aquae quantum ad praecavendum empyrevma ſufficit, ea proportione, ut dimidium Aquae ad Spiritum Vini adhibeatur.

8. QUAE Oleum eſſentiale ponderoſius continent ingredientia, debilius requirunt menſtruum; uti Spiritum Vini Aqua temperatum. Ubi Spiritus Vini Gallicus praeſcribitur, crudus intelligitur.

Ex magno Aquarum ſimplicium numero ſervantur ſequentes.

AQUA ACACIAE FLORUM.

R. Florum Acaciae recentium libras octo,

Aquae

Aquae fontanae libras quadraginta octo.

Leni deſtillatione protrahantur Aquae ſtillatitiae librae viginti quatuor.

Eadem norma inſervit pro

AQUA HYSSOPI.
MAJORANÆ.
MENTHÆ PIPERITIDIS.
PULEGII.
SAMBUCI FLORUM.
SCORDII.
TILIÆ FLORUM.

AQUA CHAMOMILLAE FLORUM.

℞. Florum Chamomillae Romanae in umbra ſiccatorum & inciſorum libras octo.
Aquae fontanae libras ſeptuaginta duas.

Leni deſtillatione proliciantur librae quadraginta quatuor.

Eadem ratione deſtillantur.

AQUA LAVENDULAE FLORUM.
MELISSÆ.
MENTHÆ CRISPÆ.
RUTÆ.
SALVIÆ.

AQUA ROSARUM.

℞. Florum Roſarum ſale conditorum libras duodecim.
Aquae fontanae libras quadraginta octo.

Leni deſtillatione proliciantur librae viginti quatuor.

Eadem norma inſervit pro
AQUA NAPHÆ FLORUM.
Quae e Corticibus, Fructibus ac Seminibus deſtillantur, ſeorſim infra deſcribuntur.

AQUA ANHALTINA.

R. Maſtichis uncias duas,
Herbae Roſmarini uncias tres,
Rutae,
Seminis Anethi ana ſeſcunciam,
Spiritus Vini Gallici libras quinque.
Deſtillentur inde librae tres, quibus addantur
Olei Terebinthinae unciae duae.

AQUA ANISI.

R. Seminis Aniſi ſtellati libram unam.
Minutiſſime contuſa macerentur per noctem in
Aquae fontanae libris novem.
Mane deſtillentur inde librae ſex.

AQUA ANTHOS VINOSA.

R. Florum Roſmarini uncias ſex,
Spiritus Vini Gallici,
Aquae fontanae ana libras quatuor.
Facta infuſione deſtillentur librae quatuor.

AQUA AROMATICA.

R. Cinnamomi uncias duas,
Flavedinis Corticum Citri,
Seminis Angelicae ana unciam unam,
Macis ſemunciam,
Menthae piperitidis uncias tres,

Spiri-

Spiritus Vini Gallici libras duodecim.
Deſtillatione inde eliciantur librae octo.

AQUA AURANTIORUM CORTICUM.

R. Flavedinis Corticum Aurantiorum ſiccatae libram unam,
Aquae fontanae libras novem.
Deſtillatione inde librae ſex.

AQUA BENEDICTA RULANDI.

R. Croci Metallorum in pulverem triti unciam unam,
Vini Rhenani uncias viginti quatuor.
Per diem noctemque digeſta filtrentur per chartam.

AQUA CALCIS VIVÆ.

R. Calcis vivae libram unam,
Aquae fontanae libras octo.
Agitentur ſubinde, & ſubſidente Calce liquor clarus effundatur.

Nota. Quae ad uſum internum adhibetur, ex Teſtis Oſtrearum recenter calcinatis paranda eſt.

AQUA CARMELITANA.

R. Foliorum Meliſſae recentium ſesquilibram,
Flavedinis Corticum Citri recentis uncias quatuor,
Nucis moſchatae,
Seminis Coriandri ana uncias duas,
Caryophyllorum aromaticorum,

Cinnamomi acuti ana unciam unam,
Inciſis & contuſis affundantur
Spiritus Vini rectificati librae ſex,
Aquae Meliſſae librae tres.
Digerantur per triduum: dein deſtillatione pro-
liciantur librae ſex.

AQUA CERASORUM.

R. Ceraſorum nigrorum recentium libram unam.
In mortario lapideo cum nucleis probe contuſa
relinquatur per noctem; mane addantur
Aquae fontanae librae ſex.
Deſtillentur inde librae quatuor.

AQUA CINNAMOMI SIMPLEX.

R. Cinnamomi acuti libram unam,
Aquae fontanae libras novem.
Macerentur per diem unum, aut alterum: dein
deſtillentur inde librae ſex.

AQUA CINNAMOMI VINOSA.

R. Aquae Cinnamomi ſimplicis,
Spiritus Vini, ana partes aequales.
Miſceantur.

AQUA CITRI CORTICUM.

Paratur ut *Aqua Aurantiorum Corticum.*

AQUA ſive BALSAMUM EMBRYONUM.

R. Radicum Galangae,
Zedoariae ana ſemunciam,
Herbae Menthae,
Meliſſae ana unciam unam,

Flo-

Florum Stoechadis Arabicae drachmas quinque,
Seminis Sileris montani,
Foeniculi Cretici ana ſemunciam,
Nucum moſchatarum unciam unam,
Cinnamomi drachmas ſex,
Corticum Aurantiorum recentium,
Citri recentium ana ſemunciam.
Inciſis & contuſis infundantur
Vini albi librae decem.

Poſt digeſtionem viginti quatuor horarum, deſtillatione proliciantur librae quinque.

AQUA FOENICULI SEMINIS.

Paratur ut *Aqua Aniſi*.

AQUA FORTIS.

℞. Vitrioli Goslarienſis ad flavedinem calcinati & ſiccati,
Nitri depurati ana libras quatuor.

Probe mixta deſtillentur e retorta capaci, commiſſuris clauſis, igne reverberii gradatim adhibito, in vas recipiens amplum, cui Aquae fontanae librae duae infuſae ſint.

AQVA FRAGORVM.

℞. Fragorum recentium libras octo,
In mortario lapideo contuſis affundatur
Vini albi Gallici libra una.
Per biduum maceratis addantur
Aquae fontanae librae viginti.
Leni igne deſtillentur inde librae duodecim.

AQVA HVNGARICA.

R. Florum Anthos libram unam,
Lavendulae uncias quatuor,
Spiritus Vini Gallici libras ſex.
Infundantur per noctem, & deſtillentur inde librae tres.

* AQVA LAXATIVA.

R. Foliorum Sennae electorum ſeſcunciam,
Paſſularum minorum drachmas ſex,
Seminis Coriandri drachmas duas,
Tartari ſolubilis drachmas quinque.
Inciſis et contuſis infundantur
Aquae fontanae bullientis unciae viginti quatuor.
Per aliquot horas digeſta bulliant leniter ad colaturae expreſſae uncias quatuordecim, in qua ſolvantur
Mannae Calabrinae unciae quinque.
Iterum colentur.

AQUA MELISSÆ COMPOSITA.

Vid. Aqua Carmelitana.

AQUA OPHTHALMICA ALBA.

R. Aquae Roſarum libram unam,
Vitrioli albi drachmam unam,
Sacchari Saturni ſemidrachmam,
Camphorae Spiritu Vini ſolutae ſcrupulum unum.
Miſceantur.

AQUA OPHTHALMICA COERULEA.

R. Aquae Calcis vivae libram unam,

Salis

Salis Ammoniaci drachmam unam,
Florum Viridis Aeris grana quinque.
Solvantur.

AQUA PETROSELINI SEMINIS.

Paratur ut *Aqua Aniſi.*

AQUA PHAGADAENICA.

℞. Aquae Calcis vivae libram unam,
Mercurii ſublimati corroſivi ſemidrachmam.
Solvantur.

AQUA REGIA.

℞. Aquae fortis uncias quatuor,
Salis Ammoniaci puriſſimi in pulverem triti unciam unam.
Digerantur ad ſolutionem.

AQUA RUBI IDÆI FRUCTUS.

Paratur ut *Aqua Fragorum.*

AQUA SCLOPETARIA, ſive VULNERARIA.

℞. Foliorum recentium Agrimoniae,
Betonicae,
Salviae ana uncias octo,
Tanaceti,
Foeniculi,
Hyſſopi,
Menthae ana uncias ſex,
Rosmarini,
Scordii,
Majoranae,

Florum Lavendulae,
Milleſolii ana uncias quatuor.
Inciſis affundantur
Vini generoſi librae viginti quinque.
Per biduum digeſta, deſtillentur lento igne ex Veſica ad dimidias.

Nota. Si *Spirituoſa* deſideretur, loco Vini, eadem quantitas Spiritus Vini Gallici adhibenda eſt.

AQUA STYPTICA.

℞. Aluminis rupei,
Vitrioli coerulei ana uncias tres,
Aquae fontanae libras duas.
Coquantur ad ſolutionem: liquori filtrato addantur
Olei Vitrioli Anglici drachmae duae.

ARCANUM DUPLICATUM.

℞. Caput mortuum Aquae fortis e Vitrioſo & Nitro paratae. Affuſione Aquae bullientis copioſae extrahatur inde omnis ſalſedo. Solutiones confuſae quieſcant, ut portio Terrae metallicae ſolutae ſubſideat. Tum liquor, inclinatione vaſis in aliud vas transfuſus, evaporetur ad cuticulam fere, cui adhuc tepido ſenſim affundatur ſolutio Cinerum clavellatorum aqua parata, donec ceſſaverint efferveſcentia & ſibilus. Addita tunc Aquae calidae quarta, vel quinta parte, liquor iterum refrigerationi & ſubſidentiae committatur, filtretur, evaporetur & ad cryſtalliſa-

liſationem in loco frigido reponatur. Cryſtallis ſupernatans liquor decantetur, iterumque evaporatus, perfectae relinquatur cryſtalliſationi. Collectae cryſtalli, ſuper inverſum cribrum ſtratim poſitae, leniter exſiccentur.

ARCANUM TARTARI.

Vid. Terra Foliata Tartari.

ASELLORUM PRÆPARATIO.

Vid. Millepedum Praeparatio.

AURUM FULMINANS.

℞. Auri puriſſimi drachmas duas,
Aquae regiae uncias duas.
Solutis affundantur
Aquae fontanae unciae ſex,
quibus ſucceſſive inſtilletur
Spiritus ſalis ammoniaci aquoſi quantum ſufficit, ut ad abſolvendam praecipitationem. Iterum additis
Aquae fontanae unciis decem
ſubſidentiae committantur. Liquor limpidus decantetur, quo ad uncias ſex evaporato, tentetur, inſtillando Spiritum ſalis Ammoniaci aquoſum, an adhuc ſervaverit particulas ſolares. Praecipitatum repetita affuſione Aquae fontanae ſtudioſe edulcoretur, & poſt filtrationem per chartam emporeticam albam exſiccetur aëris calore tepido, probe vitando ſolis & ignis acceſſum.

BACI-

BACILLI LIQUIRITIÆ.

Vid. Liquiritia Cocta.

BALSAMUM APOPLECTICUM.

Vid. Balsamum Cephalicum.

BALSAMUM ARCÆI.

R. Terebinthinae Venetae,
Elemi,
Sevi Hircini ana uncias ſex,
Olei Hyperici uncias duas,
Cerae citrinae drachmas ſex,
Pulveris Santali rubri ſemunciam.
Mixta leni igne ſolvantur & colentur.

BALSAMUM CARYOPHYLLORUM.

R. Olei Nuciſtae expreſſi, ope Spiritus Vini odore ſuo privati drachmas tres,
Caryophyllorum drachmam unam.
Liquefacta & mixta tingantur
Pulveris Caryophyllorum ſufficiente quantitate.

BALSAMUM CATHOLICUM.

Vulgo *Baume du Commandeur.*

Vid. Balsamum Traumaticum.

BALSAMUM CEPHALICUM.

R. Olei Nucis moſchatae expreſſi unciam unam.
Immiſceantur

Olei

Olei ſtillatitii Caryophyllorum,
Lavendulae,
Rosmarini ana ſemidrachma,
Succini ſcrupulus dimidius,
Balſami Peruviani drachma una.

Nota. Qui velit, addat Moſchi Spiritu Vini triti grana decem.

BALSAMUM CINNAMOMI.

Paratur inſtar *Balſami Caryophyllorum.*

BALSAMUM EMBRYONUM.

Vid. Aqua Embryonum.

BALSAMUM GUAJACINUM.

℞. Gummi Guajaci libram unam,
Balſami Peruviani drachmas tres,
Spiritus Vini rectificati libras duas cum dimidia.
Digerantur ad ſolutionem gummi & colentur.

BALSAMUM LAVENDULÆ.

Paratur ut *Balſamum Caryophyllorum.*

BALSAMUM LOCATELLI.

℞. Cerae flavae libram unam.
Lento igne liquefiat in
Olei Olivarum optimi ſesquilibra.
Dein addantur
Terebinthinae Chiae, vel Argentoratenſis ſesquilibra,
ac tandem ab igne remotis

Balſa-

Balſami Peruviani unciae duae,
Sanguinis Draconis in pulverem triti uncia una,
agitando aſſidue ad refrigerationem usque.

BALSAMUM NUCISTÆ.

℞. Olei Nuciſtae expreſſi ſemunciam,
ſtillatitii ſcrupulos quatuor. Intelligitur Oleum Nuciſtae ſtillatitium.
Miſceantur.

* BALSAMUM OPHTHALMICUM RUBRUM.

℞. Butyri recentis non ſaliti & ab omni lactis ſero liberati uncias tres,
Cerae albae drachmas ſex.
Liquefactae ſuper patinam Cerae admiſceatur Butyrum.
Invicem liquatis, & in mortario exacte mixtis addantur
Mercurii praecipitati rubri in ſubtiliſſimum pulverem triti drachmae duae & grana quindecim.
Exactiſſime ac diu terantur, donec perfecte refriguerint.

BALSAMUM SAPONACEUM.

℞. Spiritus Vini rectificati libras quatuor,
Saponis albi Hiſpanici uncias decem,
Leni igne ad ſolutionem digeſtis
addantur
Camphorae tritae unciae duae,
Olei ſtillatitii Roſmarini,

Origa-

Origani ana ſemuncia.
Miſceantur agitando.

BALSAMUM ſive EXTRACTUM SATURNI.

R. Minii quantum lubet,
Aceti Vini acerrimi quadruplum.
Coquantur leni igne, donec Acetum dulcedinem contraxerit, & filtrentur. Liquor evaporetur ad conſiſtentiam Extracti liquidi.

BALSAMUM SULPHURIS SIMPLEX.

R. Florum Sulphuris partem unam,
Olei Lini partes quatuor.
Coquantur leniſſimo igne ad conſiſtentiam Balſami ſpiſſioris.

BALSAMUM SULPHURIS ANISATUM.

R. Balſami Sulphuris ſimplicis quantum libet,
Olei deſtillati Aniſi quintuplum, vel ſextuplum.
Digerantur ad ſolutionem.

BALSAMUM SULPHURIS TEREBINTHINATUM.

R. Balſami Sulphuris ſimplicis partem unam,
Olei Terebinthinae partes octo ad decem.
Digerantur & ſolvantur.

BALSAMUM TRAUMATICUM.

R. Gummi Benzoes triti uncias tres,
Balſami Peruviani uncias duas,
Aloes hepaticae tritae ſemunciam,
Spiritus Vini rectificati libras duas,

In

In Balneo arenae per triduum digerantur & colentur.

BALSAMUM VITÆ AD MODUM HOFMANNI

R. Olei ſtillatitii Lavendulae,
Majoranae,
Caryophyllorum,
Macis,
Cinnamomi,
de Cedro ana Scrupulum unum,
Succini albi,
Rutae ana guttas decem,
Balſami Peruviani Drachmam ſemis,
Spiritus Roſarum rectificatiſſimi uncias decem.
Tingantur Radice Alcannae, committantur digeſtioni frigidae, & filtrentur per Goſſypium.

Nota. Quibus AMBRATUM placet, addant
Ambrae gryſeae grana quindecim,
Moſchi grana decem.

BALSAMUM VITÆ EXTERNUM.

R. Saponis Veneti ſiccati & triti,
Olei Terebinthinae ana libram unam,
Salis Tartari ſescunciam.
Miſceantur.

BALSAMUM UNIVERSALE.

R. Olei Raparum recenter expreſſi ſesquilibram,
Cerae citrinae ſemilibram,
Invicem ſolutis & frigefactis addantur ſub continua agitatione Balſami Saturni unciae tres.

Nota. Si deſideretur, addi poſſunt
Camphorae drachmae quatuor cum dimidia.

BUTY-

BUTYRUM ANTIMONII.

Vid. Antimonii Butyrum.

BUTYRUM MAJORANÆ.

℞. Foliorum Majoranae recentium libram unam,
Contuſa coquantur lentiſſimo igne cum
Butyri recentis inſulſi libra una.
Conſumta humiditate colentur & exprimantur.
Paulo refrigeratis addatur
Olei deſtillati Majoranae ſemidrachma.

BUTYRUM POTABILE RUBRUM.

Vid. Unguentum Potabile.

CALOMELAS.

Vid. Mercurius Dulcis Sexies Sublimatus.

CASSIA EXTRACTA.

℞. Fiſtularum Caſſiae ponderoſarum quantum lubet.
Eximatur medulla cum ſeminibus, ac ſolvatur in
Aquae calidae ſufficiente quantitate.
Trajiciatur per cribrum ſetaceum, lentoque igne ad mellis conſiſtentiam redactae addantur librae uni
Sacchari albi unciae quatuor.
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam.

CERA AD ARBORES.

℞. Reſinae,
Cerae ana libras duas cum dimidia,
Terebinthinae uncias duodecim.
Colliquando miſceantur.

CERA AD LABIA.

R. Butyri recentis inſulſi uncias novem,
Paſſularum majorum exacinatarum uncias duas,
Pomorum Borsdorfianorum in taleolos diſſectorum numero octo.
Leni igne coquantur & humiditate fere abſumta addantur
Radicum Anchuſae groſſiuscule contuſarum unciae duae.
Poſt lenem ebullitionem in ipſis liquentur
Cerae albae unciae quatuor.
Ab igne remotis & colatis inſtillentur
Olei Ligni Rhodii,
de Cedro ana guttae viginti.
Effundantur demum in chartam, Oleo Amygdalarum dulcium illitam.

CERA RUBRA.

R. Cerae albae uncias ſedecim,
Terebinthinae uncias duas.
Liquatis admiſceantur
Cinnabaris factitiae praeparatae unciae duae cum dimidia.
Effundantur deinde more conſueto.

CERA VIRIDIS.

R. Cerae citrinae libram unam,
Reſinae Pini uncias ſex,
Terebinthinae uncias quatuor,
Viridis Aeris triti ſemunciam.
Liquentur invicem, colentur & effundantur more ſolito.

CE-

CERATA.

Vid. Emplastra.

CHALYBS PRAEPARATUS.

R. Chalybis Solingenſis, in laminas tenues cuſi quantum volueris.

Laminae valde candefactae exſtinguantur in Aqua frigida, ac tundantur in mortario ferreo.

Nota. Si Scobs Chalybis ex officinis monetariis haberi poſſit, commodius perficitur opus, illa ſcilicet pariter candefacta & Aqua exſtincta.

CHALYBS SULPHURATUS.

Ad Chalybis Solingenſis Virgam valde candentem applicetur fruſtum Sulphuris citrini. Hujus acceſſione Chalybs liquefactus deſtillabit in Aquam ſuppoſitam. Grana haec tundantur in pulverem ſubtiliſſimum, Aqua eluendum.

CHELÆ CANCRORUM PRÆPARATÆ.

Apices nigri Chelarum Cancrorum coquantur in Aqua, & abluti ac in mortario ferreo triti ſuper lapide laevigentur ſubtiliſſime, addendo ſenſim Aquam.

CINNABARIS ANTIMONII.

Vid. Antimonii Butyrum.

CINNABARIS FACTITIA.

R. Florum Sulphuris libram unam.

In vaſe ferreo capaci leni igne fluentibus addantur paulatim

Hydrargyri calefacti librae tres cum dimidia.

Spatula ferrea aſſidue agitando miſceantur. Mox adaptetur operculum ligneum, ne flammam concipiat materia, quae nondum frigefacta teratur in pulverem, & ſublimetur.

CONCHÆ CITRATÆ.

R. Teſtarum Oſtrearum mundatarum & in ſubtiliſſimum pollinem tritarum libram unam.

Saturentur ſucceſſive

Succi Citri depurati ſufficiente quantitate.

In patina vitrea exſiccentur, leni calore, terantur & cribrentur.

CONCHÆ PRÆPARATÆ.

Teſte Oſtrearum in Lixivio alcalino, vel cum Sale Alcali, vel cum Cineribus parato, depurentur, Aqua fontana excoquantur, optime mundatae exſiccentur, in mortario ferreo contundantur & cribrentur.

CONDITUM AURANTIORUM CORTICUM.

Cortices Aurantiorum recentium macerentur per biduum in Aqua fontana, interdum mutanda; aliquoties dein ebulliant, donec molleſcant. Nova iterum Aqua calida abluantur & ſupra inverſum cribrum poſiti a ſuperfluo madore liberentur. Tum vaſi vitreo, aut figulino impoſitis, ſuperfundatur ponderis duplum Sacchari albi, in brodio ſuperiore a coctione corticum ſuperſtite ſoluti, deſpumati, colati, ad Tabulati fere conſiſtentiam cocti & paullatim refrigerati.

CON-

CONDITUM CALAMI AROMATICI.

Radices Calami aromatici recentes, mundatae ac inciſae, eodem modo ac *Cortices Aurantiorum* condiuntur.

CONDITUM CITRI CORTICUM.

Paratur uti Conditum *Corticum Aurantiorum*.

CONDITUM CYDONIORUM.

Fructus Cydoniorum, demto cortice exteriore, exciſis ſeminibus eorumque capſulis, absque praevia maceratione ad mollitiem coquantur, & dein condiantur uti *Cortices Aurantiorum*.

CONDITUM NUCUM JUGLANDIUM.

Nuces Juglandes immaturae, feſtuca perforatae, in Aqua frigida, quotidie mutanda, per ſex, vel octo dies macerentur, ad mollitiem coquantur, & Saccharo clarificato, ad Tabulati conſiſtentiam cocto immergantur.

CONFECTIO ALKERMES INCOMPLETA.

℞. Succi Pomorum Borsdorfianorum,
Sacchari albi ana uncias ſedecim.
Coquendo redigantur in Syrupum ſpiſſioris conſiſtentiae, cui addantur
Succi Granorum Kermes ſpiſſioris unciae ſedecim.
Unica ebullitione commixtis & per linteum colatis, adhuc calentibus, admiſceantur ſubtiliſſime trita,
Cinnamomi acuti ſescuncia,
Coccinellae drachmae tres.

 Addan-

Addantur demum

Folia Auri puriſſimi numero quinquaginta.

Agitentur ſpatula lignea ad auri foliati comminutionem.

Nota. Qui velit, addat

Ambrae gryſeae optimae cum drachmis duabus Sacchari albi tritae ſcrupulum unum,

Moſchi in Aqua Roſarum ſoluti grana decem.

CONFECTA SACCHARATA.

Semina, aut alia Saccharo incruſtanda, immittantur Aheno confectorio. Tepefacta humectentur Sacchari ad tabulati conſiſtentiam cocti aliquot Cochlearibus, probe intermiſcendo, donec ſicca appareant. Tunc partes pulverulentae per cribrum ſeparentur, & mundato aheno iterum incruſtentur. Quod toties repetendum, donec omnia Saccharo rite fuerint obducta.

Ad hanc normam parantur

Confectio Anisi.
Cubebarum.
Cynae Seminis.

CONSERVÆ.

Canon.

Folia e pediculis, Floresque e calycibus decerpantur; tum ſingula in mortario marmoreo cum piſtillo ligneo contundantur in pulpam, cui per cribrum trajectae admiſceatur duplum Sacchari albi in pulverem triti. Pro herbis ſucculentioribus triplum Sacchari requiritur. Conſervae ſerventur in vaſe murrhino, aut vitreo.

Ad

Ad hanc normam parantur

Conserva Absynthii.
Anthos Florum.
Cochleariae.
Menthae.
Rosarum Rubrarum.

CONSERVA MILLEPEDUM.

℞. Millepedum vivorum libram unam,
Sacchari albiſſimi libras duas cum dimidia.

Contundantur in mortario lapideo, cum piſtillo ligneo, & parumper calefacta ſerventur in vaſe vitreo, aut murrhino.

CORALLIA ALBA ET RUBRA PRÆPARATA.

In mortario ferreo in pulverem tuſa, ſuper porphyritem affuſa interdum aqua ſubtiliſſime laevigentur, donec nullum edant inter dentes ſtridorem, & exſiccentur.

CORNU CERVI SINE IGNE PRÆPARATUM.

Cornua Cervorum in majora fruſta ſecta, coquantur in aqua fontana donec molleſcant. Medulla & Cortex nigricans cultro ſeparentur, cornua iterum abluta ſiccentur, & in mortario ferreo in ſubtiliſſimum redigantur pulverem.

CORNU CERVI USTUM.

Cornu Cervi in majora fruſta diſſectum, aperto igne ad albedinem calcinetur, deinde in mortario ferreo contuſum, affuſa aqua ſuper porphyritem ſubtiliſſime laevigetur, exſiccetur & in pulverem teratur.

CROCUS MARTIS APERITIVUS STAHLII.

Scoriae Reguli Antimonii martialis ſupernae ſeu primae, in fruſta contuſae, in patina aëri umbroſo exponantur, donec in pulverem fatiſcant, cui admiſceatur, bacillo agitando, aqua pura tepida. Aqua ſupernatante effuſa nova iterum affundatur reſiduo, iterumque decantetur, quod toties repetendum, donec aqua inde redeat limpida. Omnis tunc aqua decantata in quiete reponatur. Pulvis ſic elotus ab aqua filtro ſeparetur, ſiccetur & cum triplo Nitri ſicciſſimi ac puriſſimi in crucibulo rite deflagrando liquetur, poſteaque aqua pura edulcoretur.

CROCUS METALLORUM.

R. Antimonii crudi,

Nitri crudi, ana libram unam.

Separatim trita miſceantur, & vaſi ferreo, aut crucibulo injecta, pruna accendantur. Tum materia rubeſcens aqua calida edulcoretur, & ſiccetur.

CRYSTALLI ET CREMOR TARTARI.

R. Tartari albi aqua calida aliquoties abluti & triti libras duas,

Aquae fontanae libras viginti quatuor.

Coquantur in vaſe figulino & fervens adhuc decoctum per manicam Hippocratis trajiciatur in aliud vas terreum. Ubi refriguit, cryſtallos exhibet; in ſuperficie autem liquoris cruſtam, *Cremoris* nomine notam, qui cum Cryſtallis aqua frigida ablutus & exſiccatus, ſuper porphyrite in pulverem albiſſimum teratur.

* DECOCTUM ALBUM.

℞. Cornu Cervi uſti,
Micae panis albi ana unciam unam;
Gummi Arabici drachmas duas,
Aquae fontanae libras tres.
Coquantur ad libras duas: colaturae addantur
Sacchari albi drachmae duae.

DECOCTUM LAXATIVUM VIENNENSE.

Vid. Aqua Laxativa Viennensis.

DIACODIUM MONTANI.

Vid. Syrupus Diacodii.

DIAGRYDIUM PRÆPARATUM.

Scammoneum Aleppenſe in pulverem teratur, addendo interdum unam alteramve Amygdalam dulcem: per ſetaceum deinde trajiciatur.

ELÆOSACCHARA.

Fiunt terendo Sacchari albiſſimi unciam unam, cum Olei aetherei guttis viginti quatuor.

ELATERIUM.

℞. Cucumerum aſininorum intra paucos dies collectorum quantum lubet.

Scindantur mucrone cultelli circa petioli inſertionem, ut matura ſemina e fructibus proſiliant; ſemen reliquum ac mucago ſupra cribrum proliciantur, poſteaque in mortario ope lignei piſtilli contundantur, affuſo ſenſim liquoris tenuis e fructibus conciſis deſtillantis & aquae pluvialis tantillo,

donec liquor pinguiculus e medulla ſeminis in pulpam contritus per ſetaceum novum ſubtiliſſimum tranſmitti poſſit, qui leniſſima evaporatione in Maſſam pilularem redigatur.

* ELECTUARIUM DENTIFRICIUM.

Paretur e Pulvere dentifricio & Melle Roſarum.

ELECTUARIUM DIASCORDIUM.

R. Extracti Opii Thebaici grana triginta ſex,
Vini albi uncias tres.
Solutis addantur ſucceſſive
Mellis deſpumati & calefacti unciae viginti.
His continua agitatione probe ſubactis ſenſim admiſceantur in ſubtilem pulverem contrita,
Radicum Gentianae,
Biſtortae,
Tormentillae,
Herbae Dictamni cretici ana ſemuncia
Scordii ſescuncia.
Cinnamomi acuti uncia una,
Zingiberis,
Piperis longi ana drachmae duae,
Styracis calamitae,
Gummi Arabici ana drachmae quinque.
Tandem optime agitando in Electuarium redigantur cum
Conſervae Roſarum rubrarum ſemilibra.
Nota. Quaelibet uncia continet Opii granum unum.

* ELE-

* ELECTUARIUM MUNDIFICANS.

R. Radicis Sarſaparillae optimae uncias tres,
Ligni Guajaci unciam unam,
Foliorum Sennae ſeſcunciam,
Rhabarbari drachmas duas,
Corticis Saſſafras,
Seminis Aniſi ana drachmam unam.
Singula in pulverem trita, redigantur in Electuarium cum
Mellis diſpumati libra una.

* ELECTUARIUM PRO INFANTIBUS.

R. Magneſiae albae drachmas ſex,
Seminis Aniſi contriti ſemunciam,
Pulveris Croci drachmam unam,
Syrupi e Cichoreo cum Rhabarbaro quantitatem ſufficientem.
Miſceantur ut fiat Electuarium.

Nota. Locum ſupplet Electuarii, quod ſub *Requiei Nicolai* nomine ſaepe a mulierculis deſideratur, magno cum infantum detrimento.

ELECTUARIUM PRO PECORIBUS.

R. Radicum Gentianae,
Ariſtolochiae rotundae,
Baccarum Lauri,
Myrrhae ana uncias duas.
In pulverem redactis admiſceantur
Mellis deſpumati librae duae.

ELIXIR

ELIXIR APERITIVUM CLAUDERI.

℞. Aloës ſuccotrinae,
Myrrhae electae ana unciam unam,
Croci orientalis ſemunciam,
Salis Tartari, vel Cinerum clavellatorum depuratorum uncias duas.

Inciſa & contuſa digerantur per aliquot dies in Aquae Florum Sambuci unciis quindecim.
Exprimantur & filtrentur.

ELIXIR BALSAMICUM TEMPERATUM HOFFMANNI.

℞. Extracti Abſynthii,
Cardui benedicti,
Centaurei minoris,
Gentianae ana unciam unam,
Flavedinis Corticum Aurantiorum inciſae uncias quatuor. Commiſtis affundantur
Vini Canarienſis librae duae,
Spiritus Corticum Aurantiorum unciae duae.
Per triduum digeſta colentur & exprimantur.

ELIXIR BALSAMICUM WERLHOFII.

℞. Flavedinis Corticum Aurantiorum recentium,
Corticis Peruviani optimi ana ſemunciam,
Extracti Cardui benedicti,
Centaurei minoris,
Myrrhae electae,
Radicis Coſti dulcis ana drachmas duas,
Croci Orientalis drachmam unam,
Salis Tartari ſemunciam.

Inciſis

Inciſis & contuſis infundantur
Vini Canarienſis libra una.
Per triduum digeſta decantentur.

ELIXIR PECTORALE RINGELMANNI, vulgo REGIS DANIAE.

℞. Extracti Liquiritiae uncias ſex,
Aquae Foeniculi libram unam,
Spiritus Salis Ammoniaci aniſati libras tres.
Per viginti quatuor horas digeſta colentur.

ELIXIR PECTORALE WEDELII.

℞. Radicum Enulae,
Iridis Florentinae,
Scillae praeparatae ana unciam unam,
Liquiritiae,
Seminis Aniſi ana ſemunciam,
Raſurae Ligni Santali rubri unciam unam,
Croci optimi drachmas tres.
Inciſa & contuſa digerantur per triduum vel quatriduum cum
Spiritus Vini rectificati unciis viginti octo.
Digerantur interea
Gummi Ammoniaci drachmae duae,
Myrrhae ſemuncia,
Benzoës drachmae ſex,
Spiritus Vini rectificati unciae ſex.
Liquores utraque digeſtione extracti colentur, exprimantur & commiſceantur.

ELIXIR POLYCHRESTUM.

℞. Extracti panchymagogi unciam unam.

Miſtu-

Mixturae ſimplicis ſine Camphora uncias ſex.
Leni igne digeſta filtrentur.

ELIXIR PROPRIETATIS CUM ACIDO.

R. Aloës optimae,
Myrrhae electae ana uncias duas.
Tritis affundantur
Aceti Vini deſtillati librae duae.

In cucurbita vitrea leni ebullitione coquantur ad libram unam. Liquor colatus ac filtratus evaporetur ad uncias decem, cui denique admiſceantur
Tincturae Croci cum decuplo Spiritus Vini paratae unciae decem.
Parumper digeſta filtrentur.

ELIXIR PROPRIETATIS SINE ACIDO.

R. Aloës optimae,
Myrrhae electae,
Croci ana unciam unam.
Contritis admiſceantur
Salis Alcali depurati unciae quatuor.

Vaſi vitreo plano commiſſa, in loco humido reponantur, ut liqueſcant. Tunc affundatur
Aquae fontanae ferventis ſemilibra.
Refrigeratis addatur
Spiritus Vini rectificatiſſimi libra una.
Leni calore per triduum digeſta exprimantur ac filtrentur.

ELIXIR VITRIOLI.

R. Cinnamomi ſescunciam,

Zingiberis

Zingiberis unciam unam,
Foliorum Menthae Piperitidis ſiccatorum ſemunciam,
Spiritus Vini rectificati libras duas,

In calore leniſſimo Balnei Arenae per triduum digeſtis inſtillentur paullatim

Olei Vitrioli Anglici unciae ſex.

Iterum per triduum digeſta filtrentur per infundibulum vitreum.

ELIXIR UTERINUM.

℞. Aſae foetidae drachmam unam,
Salis Cornu Cervi ſemidrachmam,
Eſſentiae Caſtorei uncias tres,
Soluta colentur.

EMPLASTRA.

Canones.

I. Ordo miſcelae ſequens eſto: Ingredientia pinguia, tenacia, non facile deliqueſcentia, ſicut Sebum, Cera, Terebinthina, primum fundantur; quo facto admiſceantur Oleum, Mel, Extractorum ſolutiones, Decocta & Mucilagines (omnibus prius calefactis). Tum addantur Gummireſinae in Terebinthina, aut Aceto forti ſolutae. Peracta evaporatione humidi & patina ab igne remota, pulveres ſicci haud ſolubiles admiſceantur ſub continua agitatione. Emplaſtro fere frigefacto addantur tandem Olea eſſentialia, aliaque concreta ſicca volatilia, ut Camphora, Crocus &c.

II. Diu-

II. Diuturniorem coctionem exigunt Emplaſtra, quae Saturnina ingrediuntur, ſcilicet ad perfectam horum ſolutionem, quae ſub continua agitatione & affuſo ſubinde pauxillo Aquae calidae tandem perficitur; quo facto, & evaporato humido, reliqua addantur ingredientia, ſecundum praeſcriptum ſub priore Canone ordinem, ea tamen differentia, ut Cera ultimo fere loco his admiſcenda ſit.

Nota. Quae noſtro in Diſpenſatorio retenta fuere Emplaſtra, cum cura, ſpeciminis gratia, prius confecta ſunt, adeo ut ingredientium proportio inter ſe exacte determinata hic deprehendatur.

EMPLASTRUM ALBUM COCTUM.

℞. Olei Olivarum libras duas,
Ceruſſae libras quatuor.
Leni igne, ſub continua agitatione & jugi pauxilli Aquae inſtillatione coctis, addantur
Cerae albae unciae ſex.
Colliqueſcant, ut fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE AMMONIACO.

℞. Cerae citrinae,
Reſinae Pini,
Terebinthinae ana uncias quatuor.
Colliquatis & colatis addantur
Gummi Ammoniaci depurati unciae octo,
Fiat Emplaſtrum.

EM-

EMPLASTRUM ANTIHYSTERICUM.

℞. Galbani uncias duodecim,
Tacamahacae tritae,
Cerae flavae ana uncias ſex,
Aſae foetidae,
Seminum Cumini contritorum,
Terebinthinae Venetae ana uncias quatuor.
Miſceantur ut fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM CATAGMATICUM.

Vid. EMPLASTRUM AD FRACTURAS.

EMPLASTRUM CEPHALICUM.

℞. Tacamahacae,
Carannae,
Styracis calamitae,
Maſtichis ana unciam unam,
Opii ſcrupulos quatuor.
Contritis & leni igne liquatis admiſceantur
Terebinthinae Venetae drachmae duae,
Balſami Peruviani ſemuncia,
Olei Succini drachma una.

EMPLASTRUM DE CICUTA CUM AMMONIACO.

℞. Cerae flavae libram unam,
Olei Hyoſcyami uncias quatuor.
Colliquatis, colatis ac paulo refrigeratis addantur
Succi Cicutae inſpiſſati unciae ſex,
Gummi Ammoniaci in Decocto Cicutae ſoluti, iterumque inſpiſſati unciae octo.

Ad lenem ignem demum admiſceantur
Pulveris Cicutae unciae octo.

EMPLASTRUM CITRINUM.

R. Reſinae libram unam,
Cerae citrinae uncias octo,
Sevi cervini uncias quatuor,
Terebinthinae uncias duas.
Colliquatis & colatis addatur
Pulveris Curcumae ſemuncia.

EMPLASTRUM AD CLAVOS PEDUM.

R. Galbani in Aceto ſoluti ac iterum inſpiſſati unciam unam,
Picis navalis ſemunciam,
Emplaſtri diachyli ſimplicis drachmas duas.
Colliquatis addantur
Viridis Aeris triti,
Salis Ammoniaci ana ſcrupulus unus.
Fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DEFENSIVUM RUBRUM.

R. Lithargyrii libras duas,
Olei Olivarum libras quatuor.
Ad ſpiſſitudinem Emplaſtri fere coctis, addantur
Cerae flavae unciae quatuor.
Colliquatis demum admiſceantur
Terebinthinae Venetae,
Olibani triti ana unciae quatuor,
Colcotharis Vitrioli unciae ſex.

EM-

EMPLASTRUM DEFENSIVUM VIRIDE.

R. Cerae citrinae uncias ſedecim,
Reſinae Pini ſemilibram,
Sevi hircini uncias quinque,
Terebinthinae Venetae uncias duas.
Colliquatis admiſceatur
Herbae Rutae in pulverem redactae ſemilibra.

EMPLASTRUM DIACHYLON COMPOSITUM.

R. Emplaſtri diachyli ſimplicis libras duas,
Cerae flavae uncias quatuor.
Colliquatis addantur debito ordine
Terebinthinae Venetae unciae duae,
Pulveris Gummi Ammoniaci,
Galbani.
Opopanacis,
Sagapeni ana uncia una,
Croci triti in Spiritu Vini macerati & diluti drachmae duae.

EMPLASTRUM DIACHYLON SIMPLEX.

R. Lithargyrii ſubtiliſſime triti libras duas,
Olei Olivarum clari libras tres.
Debita cum cautela coctis addantur
Mucilaginis Seminis Foenugraeci,
Lini,
Radicis Altheae ana libra una.
Continuata leni coctione fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DIAPALMAE.

R. Olei Palmae ſemilibram,

Olivarum veteris libras quinque cum dimidia,
Foliorum Quercus tenellorum ſescuncia,
Coctis & colatis addantur
Lithargyrii tenuiſſime triti librae tres,
Ab igne remotis admiſceantur
Vitrioli albi unciae quatuor.

EMPLASTRUM DIAPOMPHOLYGOS.

R. Olei Olivarum uncias duas cum dimidia,
Ceruſſae ſemilibram,
Aquae fontanae libram unam.
Leniſſimo igne ad unguenti ſpiſſioris conſiſtentiam coctis addantur
Cerae flavae unciae triginta.
Sub perpetua agitatione refrigeratis admiſceantur demum
Pulveris Plumbi uſti ſemilibra,
Pompholygos,
Olibani ana unciae quatuor.

EMPLASTRUM DIASULPHURIS.

R. Balſami Sulphuris ſimplicis,
Cerae flavae ana uncias octo,
Colophonii uncias ſex,
Colliquatis admiſceantur
Myrrhae in pulverem tritae unciae octodecim.

EMPLASTRUM EMOLLIENS.

Vid. Emplastrum De Meliloto.

EMPLASTRUM AD FRACTURAS.

R. Colophonii libras duas,
Terebinthinae ſemilibram.

Leni

Leni igne liquatis admiſceantur
Pulveris Radicis Biſtortae,
Conſolidae majoris,
Tormentillae ana unciae tres.

EMPLASTRUM DE GALBANO CROCATUM.

℞. Emplaſtri de Meliloto,
Diachyli ſimplicis ana uncias tres,
Cerae citrinae uncias duas,
Terebinthinae unciam unam,
Galbani in Aceto ſoluti ac iterum inſpiſſati uncias ſex,
Croci orientalis drachmas ſex.
Debito ordine colliquentur & commiſceantur ut fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM GRYSEUM.

℞. Cerae citrinae uncias tres,
Sebi cervini uncias quatuor,
Terebinthinae,
Pulveris Lapidis calaminaris,
Lithargyrii ana ſescunciam,
Tutiae praeparatae,
Pulveris Maſtichis,
Olibani ana ſemunciam,
Camphorae cum Oleo tritae drachmam unam.
Colliquentur & commiſceantur ut fiat Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE HYOSCYAMO.

℞. Olei Seminis Hyoſcyami expreſſi ſemilibram,

Succi Herbae Hyoſcyami libram unam,
Ad conſumtionem humidi coctis addantur
Cerae flavae unciae quatuordecim,
Terebinthinae unciae duae.
Liquatis & paulo refrigeratis admiſceantur demum
Herbae Hyoſcyami in pulverem redactae unciae duae.

EMPLASTRUM ISCHIADICUM.

℞. Picis Burgundicae uncias quatuor,
Euphorbii triti ſesquidrachmam,
Terebinthinae Venetae drachmas ſex.
Colliquando miſceantur in Emplaſtrum.

EMPLASTRUM DE LABDANO.

Vid. Emplastrum Stomachicum.

EMPLASTRUM DE LAPIDE CALAMINARI.

℞. Olei Olivarum ſesquilibram,
Lapidis calaminaris tenuiſſime triti libram unam,
Lithargyrii ſemilibram.
Debitis cum cautelis ſimul coquantur.

EMPLASTRUM DE MELILOTO.

℞. Sebi cervini libras quinque,
Olei Chamomillae cocti libram unciam,
Reſinae albae librae ſex,
Cerae flavae libras tres,
Gummi ammoniaci,
Bdellii ana uncias quatuor,

Pulveris

Pulveris Herbae & Florum Meliloti libras duas,
Abſynthii libram unam.
Coquantur & commiſceantur debito ordine.

EMPLASTRUM MERCURIALE.

R. Emplaſtri diachyli ſimplicis libram unam,
Hydrargyri Terebinthina exſtincti ſescunciam.
Miſceantur.

Nota. Locum ſupplet *Emplaſtri de Ranis cum Mercurio.*

EMPLASTRUM MIRACULOSUM.

R. Olei Olivarum libras tres,
Pulveris tenuiſſimi Ceruſſae,
Minii ana ſesquilibram,
Saponis Veneti raſi uncias ſex,
Camphorae cum Oleo Roſarum tritae drachmas ſex.
Debitis cum cautelis coquantur & miſceantur.

EMPLASTRUM NORICUM.

R. Minii ſubtiliſſime triti libram unam,
Olei Roſarum cocti libras duas,
Aceti Vini ſemilibram.
Ad Emplaſtri mollioris conſiſtentiam & colorem ſubfuſcum coctis addatur
Cerae citrinae ſescuncia.
Nondum plane refrigeratis immiſceantur
Camphorae cum Oleo Roſarum tritae drachmae duae.

EMPLASTRUM OXYCROCEUM.

℞. Colophonii,
Cerae flavae ana libram unam,
Galbani ſemilibram,
Picis liquidae uncias tres,
Croci triti uncias duas.
Debito ordine colliquentur ac commiſceantur.

EMPLASTRUM DE RANIS CUM MERCURIO.

Vid. Emplastrum Mercuriale.

EMPLASTRUM SAPONATUM BARBETTE.

Vid. Emplastrum Miraculosum.

EMPLASTRUM SATURNINUM.

Vid. Emplastrum Diapompholygos.

EMPLASTRUM DE SPERMATE CETI.

℞. Cerae albae uncias quatuor,
Spermatis Ceti uncias duas,
Galbani depurati,
Terebinthinae ana unciam unam.
Colliquando miſceantur.

EMPLASTRUM DE SPERMATE RANARUM.

Hujus locum ſupplet Emplastrum Album Coctum.

EM-

EMPLASTRUM STICTICUM CROLLII.

In ejus locum ſubſtituitur Emplastrum Defensivum Rubrum.

EMPLASTRUM STICTICUM VULGARE.

℞. Cerae citrinae,
Colophonii,
Picis nigrae ana libram unam,
Sebi hircini ſescunciam.
Liquata colentur.

EMPLASTRUM STOMACHICUM, SEU DE LABDANO.

℞. Thuris unciam unam,
Liquato admiſceantur
Labdani calore emolliti unciae tres,
Pulveris Cinnamomi,
Olei Macis expreſſi ana ſemuncia,
Menthae ſtillatitii drachma una,
In mortario tepido in Emplaſtrum redacta, in vaſe bene clauſo ſerventur.

EMPLASTRUM AD TEMPORA.

Vid. Emplastrun Cephalicum.

EMPLASTRUM VESICATORIUM.

℞. Cerae citrinae uncias octo,
Pulveris Gummi Euphorbii unciam unam,
Terebinthinae ſescunciam,
Olei Roſarum uncias tres cum dimidia,
Pulveris Cantharidum uncias ſex.

Colliquentur & commiſceantur.

EMPLASTRUM VIRIDE.

Vid. Cera Viridis.

ESSENTIÆ ET TINCTURÆ.

Canones.

I. Vegetabilia ſint recenter & modice ſiccata, niſi recentia praeſcribantur. Incidantur etiam atque contundantur ante affuſionem menſtrui.

II. Si in Balneo digeſtio fiat, totum Opus abſolvitur moderando calorem, qui toto tempore lenis ſit.

III. Vas circulatorium, quod adhibetur, ampliſſimum ſit, ac incaleſcat antequam lutentur juncturae.

IV. Digestionis tempore agitetur vas crebro, quod inprimis valet, ubi Gummata extrahuntur.

V. Tincturae depurentur ſubſidentia, priusquam aut filtrantur, aut colantur.

VI. De Tincturis alcalinis notandum, quod pro Extractione requirant Spiritum Vini rectificatiſſimum & Sal Alcali fixum valde acre & cauſticum. Sal hocce calido menſtruo admiſceatur. Diuturna ſit digeſtio ſub frequenti agitatione.

VII. Quoad Eſſentias ſimplices, alia eſt proportio menſtrui pro herbis; alia pro radicibus,

bus, aromatibus & herbis aromaticis; alia denique pro Gummatibus.

ESSENTIA ABSYNTHII SIMPLEX.

℞. Summitatum Abſynthii inciſarum uncias quatuor,
Spiritus Vini rectificati uncias duodecim.

Digerantur leni calore per triduum; fortiter exprimantur & filtrentur.

Ad hanc normam parantur:

Essentia Cardui Benedicti.
Centaurei Minoris.
Chamomillæ.
Fumariæ.
Millefolii.
Scordii.
Tanaceti.
Trifolii Fibrini Simplex.

Praeſtantiores, ſed & pretioſiores evadunt Eſſentiae ſimplices, ſi ad modum Eſſentiae Trifolii fibrini infra deſcriptum, cum ſpiritu proprio parantur. Tunc vero potius Elixirii nomen merentur.

ESSENTIA ANGELICAE.

℞. Radicum Angelicae inciſarum uncias duas.
Spiritus Vini rectificati uncias decem.

Per quatriduum digeſta exprimantur & filtrentur.

Ad eandem normam parantur:

Essen-

Essentia Aristolochiæ Rotundæ.
Calami Aromatici.
Caryophyllorum.
Cinnamomi.
Corticis Cascarillae.
Peruviani.
Ligni Sassafras.
Croci.
Enulae.
Galangae.
Gentianae.
Ligni Guajaci.
Pimpinellae.
Pomorum Aurantiorum Immaturorum
Vincetoxici.

Cum Spiritu proprio abſtractitio ſecundum ſimilem normam parantur.

Essentia Melissae.
Menthae.

ESSENTIA ASAE FOETIDAE.

R. Aſae foetidae electae & comminutae uncias duas, Spiritus vini rectificati uncias duodecim.

Leni calore per triduum digeſta, exprimantur et filtrentur.

Secundum hanc normam parantur;

Essentia Ammoniaci Gummi
Castorei
Myrrhae,

Essen-

Essentia, ſeu Tinctura Aloes.
Benzoes

ESSENTIA CORTICUM AURANTIORUM.

R. Corticum exteriorum Aurantiorum, Curaſſavienſia dictorum uncias duas,
Spiritus Corticum Aurantiorum uncias decem.
Per quatriduum digeſta exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA CORTICUM CITRI.

Paratur uti praecedens.

ESSENTIA ABSYNTHII COMPOSITA.

R. Summitatum Abſynthii uncias quatuor,
Centaurei minoris ſemunciam,
Herbae Cardui benedicti unciam unam,
Chamaedryos drachmas duas,
Radicum Zedoariae drachmas tres,
Gentianae unciam unam,
Angelicae drachmas ſex,
Coſti dulcis,
Corticum Citri ana ſemunciam,
Aurantiorum Curaſſavienſium drachmas tres,
Cardamomi,
Seminis Aniſi ana drachmam unam.
Inciſis & contuſis affundantur
Spiritus Vini rectificati librae quinque.
In Cucurbita vitrea optime clauſa per quatriduum digeſta exprimantur & filtrentur.

ESSEN-

ESSENTIA ALEXIPHARMACA STAHLII.

R. Radicum Angelicae,
Imperatoriae,
Helenii ana unciam unam,
Cardopatii ſemunciam,
Vincetoxici,
Pimpinellae albae ana ſescunciam.

Conciſis affundatur
Spiritus Vini rectificati libra una,
Per viginti quatuor horas digeſtis, expreſſis & filtratis addantur
Eſſentiae Scordii partes aequales.

ESSENTIA AMARA.

R. Herbae Trifolii fibrini,
Tanaceti.
Scordii ana libram unam.

Conciſis affundantur
Spiritus Vini rectificati librae novem,
Vitrioli drachmae duae.
Poſt lenem digeſtionem quatuor dierum exprimantur, & addantur
Eſſentiae Caſcarillae,
Succini ana libra una.
Mixta filtrentur.

ESSENTIA AMBRÆ.

R. Ambrae gryſeae drachmam unam,
Naphthae Vitrioli uncias quatuor,
Coccinellae grana decem.
Mixta ſerventur in vaſe optime clauſo, epiſtomio vitreo munito.

ESSEN-

ESSENTIA ANISI STELLATI.

℞. Seminis Aniſi ſtellati contuſi uncias duas,
Spiritus Vini rectificati uncias octo.
Digeſta per triduum exprimantur & filtrentur.

ESSENTIA BALSAMICA EXTERNA.

Vid. Balsamum Traumaticum.

ESSENTIA CARMINATIVA.

℞. Radicum Zedoariae uncias duas,
Galangae minoris unciam unam,
Calami aromatici,
Florum Chamomillae Romanae,
Seminis Aniſi,
Carvi ana ſemunciam,
Baccarum Juniperi,
Herbae Salviae,
Meliſſae,
Menthae ana unciam unam,
Cardamomi drachmas duas,
Flavedinis Corticum Aurantiorum ſemunciam,
Concila & contuſa digerantur per quatriduum moderato ignis calore in
Spiritus Corticum Citri libris tribus & dimidia.
Colatis & expreſſis admiſceantur
Spiritus Nitri dulcis unciae quatuor.
Filtrentur.

ESSENTIA CORTICIS PERUVIANI HUXHAMII.

℞. Corticis Peruviani optimi in pulverem triti uncias tres,

Flave-

Flavedinis Corticum Aurantiorum ſescunciam,
Radicis Serpentariae Virginienſis drachmas tres,
Croci ſcrupulos quatuor,
Spiritus Vini Gallici uncias viginti.
Digeſta colentur.

ESSENTIA FABARUM S. IGNATII.

R. Fabarum Sancti Ignatii raſarum ſemunciam,
Spiritus Vini Gallici non rectificati uncias quatuor.

Leni calore per ſex dies macerata colentur & filtrentur.

ESSENTIA FULIGINIS.

R. Fuliginis ex camino ſplendentis ac tritae uncias duas, Liquoris praecipitantis uncias duodecim.

Temperato calore per biduum digerantur in vitro exactiſſime clauſo, deinde liquor optime ſaturatus filtretur.

ESSENTIA LIGNORUM.

R. Raſurae Ligni Sancti,
Saſſafras ana ſemilibram,
Santali rubri uncias tres,
Spiritus Vini rectificati libras ſex.
Per quatriduum digeſta, colata & expreſſa filtrentur.

ESSENTIA PINI.

R. Extracti Summitatum Pini aquoſi uncias duas,
Spiritus Cochleariae uncias decem.
Leni calore ad ſolutionem Extracti digeſti filtrentur.

ESSEN-

ESSENTIA RHABARBARI SPIRITUOSA.

℞. Rhabarbari electi uncias duas,
Terrae foliatae Tartari ſemunciam.
Contuſis affundantur
Spiritus Vini rectificati unciae ſedecim.

Leni calore per quatriduum digeſta, exprimantur ac filtrentur.

ESSENTIA STIBII.

℞. Vitri Antimonii unciam unam,
Vini Gallici generoſi libram unam.

In vaſe clauſo locoque tepido per ſex dies digeſta, filtrentur.

ESSENTIA STOMACHICA.

Vid. Tinctura Stomachica.

ESSENTIA STOMACHICA WOLFII.

℞. Summitatum Abſynthii vulgaris ſemilibram,
Centaurei minoris uncias quatuor,
Herbae Cardui benedicti uncias duas,
Chamaedryos unciam unam,
Radicis Gentianae rubrae ſescunciam,
Enulae drachmas ſex,
Angelicae unciam unam,
Galangae minoris,
Zedoariae ana ſemunciam,
Corticum Citri,
Aurantiorum ana ſescunciam,
Coſti dulcis,
Cardamomi minoris ana drachmas tres,
Spiritus Vini rectificati menſuras ſex.

Miſceantur & digerantur.

ESSENTIA SUCCINI CONCENTRATA.

R. Succini pellucidi libram unam.

In pulverem contuſum, in fictili vitreato ſupra lenem ignem admodum parum aſſetur, donec quaſi ſudare coeperit, tum calidum ingeratur in Phialam altam, & cum

Spiritus Vini rectificatiſſimi calentis libris quinque

per quatriduum digeratur & filtretur.

ESSENTIA TRIFOLII CUM SPIRITU PROPRIO.

R. Herbae Trifolii fibrini uncias octo,

Spiritus proprii per fermentationem parati libras tres.

Per triduum digeſtis ac expreſſis addatur

Extracti Trifolii fibrini ſescuncia,

Soluta filtrentur.

EXTRACTA.

Canones.

I, Partes conſtituentes ſimplicium ad paranda Extracta adhibendorum, differentiam menſtrui indicant. Sic ſubſtantiae mere gummoſae menſtruum aqueum; mere reſinoſae menſtruum ſpirituoſum; gummeo reſinoſae vero menſtruum mixtum, id eſt aquoſum & ſpirituoſum, requirunt.

II. Evaporatio atque inſpiſſatio caute fiant in vaſe amplo plano ſtanneo, aut terreo vitreato ad lenem Balnei Mariae calorem.

III.

III. Cavendum, ne ad Extracta aquoſa plus menſtrui adhibeatur, quam neceſſario requiritur.

IV. Quae ad Extracta ſpirituoſa adhibentur ſimplicia, ſicca ſint.

V. Ad Extracta gummeo - reſinoſa menſtrui proportio ea ſit, ut Herbae librae uni, Aquae ſex ad octo, & Spiritus Vini libra una affundantur, atque poſt digeſtionem viginti quatuor horarum evaporentur.

EXTRACTUM ABSYNTHII.

℞. Summitatum Abſynthii vulgaris libram unam,
Aquae ſimplicis libras octo,
Spiritus vini Gallici libram unam.

Digerantur per viginti quatuor horas, exprimantur, & abſtracto Spiritu evaporentur in Balneo Mariae, eam ad conſiſtentiam, ut manui impoſita maſſa calida eidem non adhaereat.

Ad eandem normam parantur:

Extractum Artemisiae.
Cardui Benedicti.
Centaurei Minoris.
Chamomillae.
Cochleariae.
Enulae.
Liliorum Convallium.
Marrubii.
Millefolii.
Rhabarbari.
Tanaceti.
Trifolii Fibrini.

EXTRACTUM ACONITI.

℞. Herbae Aconiti, antequam pandantur flores collectae quantum volueris.

Exprimatur Succus, qui in vaſe terreo vitreato, leni igne atque ſub agitatione continua, ad ſpiſſi Extracti conſiſtentiam coquatur.

Secundum hanc normam parantur:

Extractum Chaerefolii.
Cicutae.
Fumariae.
Hyoscyami.
Stramonii.
Taraxaci.

EXTRACTUM ANGELICAE.

℞. Radicum Angelicae ſiccarum libram unam; Inciſis affundantur

Spiritus Vini rectificati librae quatuor.

Digeſta per quadraginta octo horas exprimantur, atque ſpiritus per filtrum colatus ſervetur. Tum Radices denuo infundantur

Aquae fontanae libris ſex.

Digerantur, & poſt unam vel alteram ebullitionem exprimantur. Expreſſum Ovi albumine clarificatum, cum ſpirituoſo commiſceatur, lentoque igne, Spiritu per Alembicum abſtracto, ad Extracti conſiſtentiam inſpiſſetur.

Praeſcripto modo parantur:

Extractum Ariſtolochiae.
Calami Aromatici.

Cor-

Corticis Peruviani Gummeo-Resinosum.
Gentianae.
Pini.
Valerianae.
Zedoariae.

EXTRACTUM CORTICIS PERUVIANI AQUOSUM.

R. Corticis Peruviani inciſi libram unam,
Aquae fontanae libras octo.

Coquantur ad extractionem omnis ſaporis. Expreſſa poſt ſubſidentiam evaporentur ad conſiſtentiam Extracti ſpiſſioris.

Ad hanc normam parantur:

Extractum Cascarillae.
Hellebori Albi.
Nigri.
Ligni Guajaci.
Nicotianae.
Sarsaparillae.
Scillae.
Sennae.

EXTRACTUM ALOES GUMMOSUM.

Vid. Aloe Depurata.

EXTRACTUM CATHOLICUM.

R. Extracti Aloës gummoſi unciam unam,
Hellebori nigri drachmas duas,
Colocynthidis drachmam unam,
Diagrydii praeparati drachmas tres.

Miſceantur.

EXTRACTUM COLOCYNTHIDIS.

℞. Pulpae Colocynthidis libram unam,
Spiritus Vini Gallici libras ſex.

Digeſta ad ſufficientem extractionem exprimantur & filtrentur. Reſidua pulpa cum Aqua fontana cocta, colata, expreſſa atque clarificata, cum Extractione ſuperiore ſpirituoſa commiſceatur & ad Extracti conſiſtentiam evaporetur.

EXTRACTUM CROCI.

℞. Croci Orientalis uncias duas,
Spiritus Vini Gallici uncias ſedecim.

Digerantur loco tepido, vaſe optime clauſo, per triduum. Spiritus probe tinctus decantetur, affundatur alius, idque una cum digeſtione repetatur, donec omnis extracta fuerit tinctura. Commixtis tunc omnibus, abſtrahatur ſpiritus leni balnei calore, ad Extracti conſiſtentiam.

EXTRACTUM LIQUIRITIAE.

Vid. Succus Liquiritiae Depuratus.

EXTRACTUM MYRRHAE.

℞. Myrrhae rubrae in pulverem groſſiuſculum tritae ſemilibram.

Irroretur
Liquoris Nitri fixi uncia una.

Exacte cum ſpatula lignea agitata reponantur in cella per dies quatuordecim, quo Myrrha penitus ſolvatur. Tum affundatur aqua fervida atque agitetur maſſa. Dein quiete relinquatur, donec ſedimentum craſſius depoſuerit. Aqua ſuperna-

pernatans tincta ſeparetur, idque repetatur, donec affuſa aqua tingi deſinat. Omnis demum aqua confuſa, moderatiſſimo calore ad Extracti conſiſtentiam evaporetur.

EXTRACTUM OPII.

℞. Opii Thebaici uncias quatuor.

In fruſtula minuta conciſae immittantur Cucurbitae vitreae & affundantur,

Aquae pluvialis librae quatuor.

Solutio per chartam emporeticam filtrata, leniſſimo balnei calore ad Extracti ſpiſſitudinem evaporetur.

EXTRACTUM PANCHYMAGOGUM.

℞. Radicis Turbith reſinoſae drachmas decem,
Agarici mundati drachmas quatuordecim,
Pulpae Colocynthidis uncias duas cum dimidia,
Seminis Carthami unciam unam.

Inciſis & contuſis affundantur

Spiritus Vini rectificati librae tres cum dimidia.

Digerantur per quatriduum, & a Colatura expreſſa, atque filtrata abſtrahatur Spiritus, donec libra una ſuperſit, ſeorſim ſervanda. Reſiduo autem addantur

Foliorum Sennae ſine ſtipitibus unciae quatuor,
Radicis Hellebori nigri uncia una,
Hermodactyli drachmae decem,
Rhabarbari optimi ſeſcuncia.

Inciſa & contuſa macerentur in ſufficiente quantitate Aquae bullientis per horas viginti quatuor, & leniter coquantur. In Colatura expreſſa ſolvatur

Aloës ſuccotrinae ſemilibra.

Commixtae tunc utraeque extractiones leni igne evaporentur ad Extracti ſpiſſioris conſiſtentiam; cui demum admiſceantur

Diagrydii praeparati unciae duae.

EXTRACTUM SATURNI.

Vid. Balsamum Saturni.

FEL TAURI INSPISSATUM.

Fel bovinum leni igne evaporetur ad Extracti conſiſtentiam.

FLORES BENZOES.

R. Benzoës quantum volueris,

Immittatur Ollae vitreatae, cujus orae adaptatus ſit cucullus chartaceus coniformis, & leni igne ſublimentur Flores. Repetatur Operatio quamdiu charta nullo inquinatur Oleo.

FLORES SALIS AMMONIACI SIMPLICES.

Vid. Sal Ammoniacum Depuratum.

FLORES SULPHURIS.

R, Sulphuris citrini triti quantum libet,

Injiciatur ollae terreae, cui ſuperimponantur plura capitella terrea, & ſublimentur Flores leni admodum igne, ne Sulphur accendatur. Flores in ſuperioribus capitellis collecti penna abſtergantur, atque Aqua fervida probe abluantur.

FLORES SULPHURIS COMPOSITI.

R, Florum Sulphuris uncias duas,

Aloës

Aloës hepaticae,
Myrrhae electae ana unciam unam,
Croci ſcrupulum unum,
Subtiliſſime conterantur & miſceantur.

FLORES VIRIDIS AERIS.

R. Viridis Aeris contuſi quantum lubet,
Affundatur Aceti ſextuplum & digerantur in Vitro ad ſufficientem extractionem. Liquor tinctus effundatur vaſe inclinato, novumque affundatur Acetum, & digerantur ad omnis coloris extractionem. Liquores confuſi ac filtrati, leni igne evaporentur ad cuticulam, & cryſtalliſitioni repetitis vicibus committantur.

FLORES ZINCI.

R. Zinci quantum volueris.
Fundatur in crucibulo igne aperto: Flores ſuperficiei Metalli innatantes cochleari aeneo vel argenteo eximantur, donec omne Metallum conſumtum fuerit.

FUNGUS PRAEPARATUS.

Agaricus e caudice Quercus collectus, a cortice externo albo & duro, nec non fiſtuloſa ſubſtantia ſeparatus, diſciſſus, mallei ictibus ſubmittatur, donec adeo molleſcat, ut in minores partes diſcerpi queat.

GALBANETUM PARACELSI.

R. Galbani libram unam,
Olei Terebinthinae libras duas.

Digerantur ſimul per unum alterumve diem, deinde ex retorta abſtrahatur Oleum coloris ex rubro coerulei.

GALBANUM DEPURATUM.

Tempore gelido conteratur Galbanum, & per cribrum trajiciatur.

GELATINA LIQUIRITIAE vulgo REGLISSE ROYALE.

R. Radicum Liquiritiae exſiccatarum & excorticatarum unciam unam, vel ſi recentes haberi poſſint, uncias quatuor. Inciſae macerentur noctem in

Aquae fontanae fervidae libris quinque.

In colatura ſolvantur

Gummi arabici electi librae quinque,

Sacchari albi librae tres.

Colata coquantur ad dimidias. Ablata ſpuma effundatur Gelatina in Capſulas lamineas, Oleo Amygdalino illitas, et leni calore exſiccetur.

GUMMI AMMONIACUM DEPURATUM.

R. Gummi Ammoniaci ſemilibram,

Aquae purae libram unam.

In vaſe fictili vitreato leniter coquantur. Soluta colentur & exprimantur, leniſſimoque calore exſiccentur.

Nota. Si loco Aquae, Acetum ſimplex, vel ſcilliticum fuerit adhibitum, vocatur GUMMI AMMONIACUM ACETO SIMPLICI, aut SCILLITICO DEPURATUM.

GUMMI

GUMMI GUTTÆ CORRECTUM.

℞. Gummi Guttae triti uncias tres,
Solvantur in
Aceti Vini albi unciis novem.

Poſt ſufficientem digeſtionem liquor clarus vaſe inclinato effundatur, atque leni calore in vaſe vitreo ad extracti conſiſtentiam evaporetur.

HEPAR ANTIMONII.

℞, Antimonii crudi,
Nitri ana partes aequales,

Seorſim in pulverem trita probe commiſceantur, ollae magnae, ſeu mortario ferreo injiciantur, atque ſub dio pruna admota accendantur. Facta detonatione materia refrigerata in pulverem redigatur.

HEPAR SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris, vel Sulphuris flavi puriſſimi uncias quatuor,
Fluentibus in vaſe figulino vitreato ſucceſſive admiſceantur
Salis Tartari ſicciſſimi unciae duae.

Diligenter agitentur ſpatula, donec maſſa rubeſcat, cavendo ne accendatur.

*HYDROMEL SIMPLEX,

℞. Mellis deſpumati uncias duas,
Aquae fontanae libras duas.

Coquantur & deſpumentur donec ſesquilibra remanſerit; tum colentur.

INFUSUM LAXATIVUM VIENNENSE.

Vid. Aqua laxativa Viennensis.

* JULAPIUM e CAMPHORA.

R. Camphorae drachmam unam,
Cum aliquot Spiritus Vini guttulis tritae admiſceantur.

Gummi Arabici in mucilaginem ope Aquae redacti drachmae duae.
Exacte miſtis paulatim affundatur
Aceti Vini libra una,
Addendo demum
Sacchari albi ſemunciam.

* JULAPIUM ROSATUM.

R. Sacchari albi uncias ſedecim.
Aquae Roſarum fragrantis uncias novem.
Soluta poſt unam alteramve ebullitionem colentur.

KERMES MINERALE.

R. Antimonii Hungarici in pulverem redacti libras tres,
Nitri fixi uncias triginta,
Aquae fontanae puriſſimae libras quindecim.

Coquantur in vaſe terreo vitreato per bihorium, deinde filtrentur. Qui liquori refrigerato atque quieſcenti excidit pulvis ruber, per chartam emporeticam ſeparetur, atque nova Aqua aliquoties ablutus, ſiccetur. Liquor filtratus nova aqua auctus, reſiduo antimonio iterum affundatur, iterumque coquatur, filtretur &c. quod repetendum, quamdiu ſimilis obtinetur pulvis.

LAC SULPHURIS.

℞. Florum Sulphuris ſemilibram.
Salis Sodae ſesquilibram,

Coquantur cum Aqua ſimplici in vaſe terreo vitreato, donec major pars Sulphuris ſoluta fuerit. Solutioni calidae filtratae inſtilletur Acetum deſtillatum. Pulvis inde praecipitatus aqua pura abluatur atque ſiccetur.

LAC VIRGINIS.

℞. Aluminis crudi uncias duas,
Aquae fontanae libram unam.
Solutis admiſceatur
Aceti Lithargyrii ſemilibra.

LAPIDIS CALAMINARIS PRÆPARATIO.

℞. Lapidis calaminaris electi quantum volueris.
Repetitis vicibus in crucibulo candeſcat, & Aqua communi exſtinguatur. Deinde ſuper porphyritem admiſta aqua laevigetur.

LAPIDES CANCRORUM CITRATI.

℞. Lapidum Cancrorum Aqua calida optime ablutorum quantum placet.
Redigantur in pollinem ſubtiliſſimum, cui in vaſe vitreo paulatim affundatur.
Succi Citri recentis depurati quantum ſufficit, donec non amplius efferveſcant. Tum leni calore ſub continua agitatione plane exſiccentur & in pulverem terantur.

La-

LAPIDES CANCRORUM PRAEPARATI.

Lapides Cancrorum Aqua fontana aliquoties abluti, & iterum ſiccati, in pollinem terantur, atque per linteum trajiciantur.

LAPIS DIVINUS.

℞. Nitri puri,
Vitrioli coerulei,
Aluminis crudi ana uncias octo.
Contrita & miſta fluant in crucibulo, quibus ſub finem addatur
Camphorae tritae ſemuncia,
Rite agitata refrigerentur.

LAPIS INFERNALIS.

℞. Argenti probe cupellati quantum volueris,
Spiritus Nitri concentratiſſimi triplum.

Facta in phiala balneo arenae commiſſa ſolutio, evaporetur ad tertias; tum ex crucibulo amplo leni igne exhalet humiditas. Maſſa dein immittatur tigillo capaci, & modico igne ulterius coquatur, donec ceſſante prima ebullitione, inſtar cerae fluat, quo facto ſubito in fiſtulas ferreas calefactas, panno laneo, pauxillo olei imbuto, inunctas effundatur, refrigerata exſiccetur, & contra aëris acceſſum muniatur.

LAPIDES PRUNELLAE.

℞. Nitri puri libram unam.
Leni igne fluenti adjiciatur ſucceſſive
Sulphuris citrini triti drachma una.

Facta deflagratione, Nitrum pellucide fluens in rotulas effundatur,

LAU-

LAUDANUM LIQUIDUM.

℞. Extracti Opii uncias duas,
Croci Auſtriaci ſemunciam,
Cinnamomi acuti,
Caryophyllorum aromaticorum ana drachmam unam.
In pulverem trita infundantur
Vini Hiſpanici librae uni.
Poſt triduum vel quatriduum colentur & exprimantur.

LIMATURA MARTIS PRAEPARATA.

Vid. Chalybs Praeparatus.

LIQUIRITIA COCTA CITRINA.

℞. Sacchari albi libram unam,
Pulveris Radicis Liquiritiae unciam unam,
Iridis Florentinae drachmas duas,
Croci drachmam unam.
Mixta redigantur in maſſam cum
Mucilaginis Gummi Tragacanthae ſufficiente quantitate. Formentur inde bacilli ſupra cribrum ſiccandi.

LIQUIRITIA PELLUCIDA.

Vid. Gelatina Liquiritiae.

LIQUOR ANODYNUS MINERALIS.

℞. Spiritus Vini rectificatiſſimi libras quatuor.
Guttatim inſtillando admiſceantur
Olei Vitrioli glacialis unciae octo.

In

In balneo Arenae per quadraginta octo horas digeſta, deſtillentur leniſſimo igne, donec bullae in retorta conſpiciantur. Si ulterius protrahitur deſtillatio, liquori alias grato & fragranti, conciliabitur odor ſulphureus ingratus.

Nota. Compendioſius paratur hic Liquor, è Naphthae Vitrioli parte una, cum Spiritus Vini rectificatiſſimi partibus novem.

LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

R. Salis Succini depurati unciam unam,
Spiritus Cornu Cervi rectificati quantum ſufficit ad ſaturationem,
Digerantur & rectificentur,

LIQUOR ſeu LIQUAMEN MYRRHAE.

Myrrha electa ſolvatur in Hydromellite, quantum admittit.

LIQUOR NITRI FIXI.

R. Nitri puri quantum volueris,
In crucibulo capaci fluenti cochleatim adjiciatur Carbonum contritorum quantum ſufficit.

Deflagratione facta, materia refrigeretur & ſacculo linteo incluſa in cella ſuſpendatur; liquor autem deſtillans in patina ſuppoſita excipiatur.

LIQUOR PRAECIPITANS.

R. Salis Alcali depurati uncias duas,
Ammoniaci unciam unam,
Aquae fontanae libram unam.
Solvantur & filtrentur,

LI-

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI.

Terra foliata Tartari ſacculo linteo incluſa ſuſpendatur in cella, ſtillansque liquor vitro exceptus filtretur.

LIQUOR TERRAE FOLIATAE TARTARI SPIRITUOSUS.

℞. Terrae foliatae Tartari uncias duas,
Spiritus Vini uncias ſex.
Soluta filtrentur.

* LOOH PULMONALE, vulgo DE PULMONE VULPIS.

℞. Succi Liquiritiae, in Aqua Foeniculi ſoluti uncias octo,
Pulveris Herbae Capillorum Veneris,
Seminis Foeniculi,
Aniſi ana uncias quatuor,
Sacchari clarificati libras ſex.
Miſceantur.

* LOOH SANUM ET EXPERTUM.

℞. Gummi Tragacanthae,
Arabici ana ſemunciam,
Radicum Iridis Florentinae drachmas duas,
Liquiritiae excorticatarum drachmas tres,
Sacchari albi libras duas.
Mixtis & in pollinem tritis admiſceatur Emulſio ex Amygdalarum dulcium excorticatarum uncia una,

Aquae Foeniculi,
Aniſi ana ſemilibra.
Redigantur leni calore in Looh.

LUMBRICORUM TERRESTRIUM PRAEPARATIO.

Lumbrici vivi, Vino probe abluti, filo ſuſpenſi, ſiccentur & in pulverem terantur.

MAGNESIA ALBA.

R. Salis cathartici amari quantum volueris.

Solvatur in Aquae ſimplicis quantitate ſufficiente. Solutioni filtratae inſtilletur lixivium Alcali fixi depurati filtratum, donec non amplius lacteſcat. Pulvis inde excuſſus abluatur aqua tum calida tum frigida, atque ſiccetur.

MANNA TABULATA.

R. Mannae Calabrinae libram unam,
Aquae fontanae uncias quatuor.

Soluta leni igne evaporentur ad Tabulati conſiſtentiam; ab igne remota aliquantulum agitentur & effundantur.

MANNA TARTARISATA.

R. Mannae Calabrinae libram unam,
Aquae fontanae uncias ſex.
Solutis & ad Tabulati conſiſtentiam evaporatis addatur
Cremoris Tartari ſescuncia.
Formentur inde Morſuli.

MEL

MEL DESPUMATUM.

Mel commune cum Aquae puriſſimae quarta parte coctum, atque probe deſpumatum, per laneum colum trajiciatur, & ad Syrupi conſiſtentiam coquatur.

MEL ROSATUM.

℞. Mellis deſpumati quantum libet.

Cum Aquae Roſarum quarta parte coctum & deſpumatum, coletur & ad Syrupi conſiſtentiam coquatur.

MERCURIUS DULCIS VULGARIS ET PANACEA, ſeu CALOMEL.

℞. Mercurii ſublimati corroſivi,
Vivi ana partes aequales.

Terantur exactiſſime & diutiſſime invicem, donec nulli Mercurii globuli conſpiciantur, & mixtura colorem cinereum referat. Immittantur cucurbitae, ut ejus fundum non ultra tres quatuorve digitos ſuperent: hinc balneo Arenae commiſſa ſublimetur. Ex ſublimato ea pars auferatur, quae tentamine perfecte dulcificata & pura deprehenditur, & ſervetur ſub titulo *Mercurii dulcis primae ſublimationis*. Reliqua pars in pulverem iterum trita iterumque ſublimata, ſimili modo ſeparetur, donec tota maſſa in Mercurium perfecte dulcificatum mutata fuerit. Cognoſcitur autem perfecta dulcificatio, inſtillando Aquam Calcis vivae ſaturatam, unde corroſiva portio flaveſcit, dulcificata nigreſcit. Mercurius dulcis ſex

ſublimationibus paratus, ſervetur ſub titulo Calomelas, aut Panaceae Mercurialis.

MERCURIUS PRAECIPITATUS ALBUS

℞. Mercurii corroſivi ſublimati,
Salis Ammoniaci ana partes aequales.

In Aqua ſimul ſolutis ac filtratis inſtilletur ſolutio Salis alicujus alcalini fixi; pulvis inde excuſſus abluatur ad perfectam dulcedinem.

MERCURIUS PRAECIPITATUS LUTEUS.

Vid. Turpethum Minerale.

MERCURIUS PRAECIPITATUS RUBER.

℞. Mercurii vivi libram unam,
Spiritus Nitri libras duas.

Soluta ex retorta abſtrahantur ad ſiccitatem, igne poſtremo in tantum aucto, donec Mercurius in fundo retortae aequaliter induxerit rubrum ſplendidumque colorem.

MERCURIUS SUBLIMATUS CORROSIVUS.

℞. Mercurii vivi libras quinque,
Olei Vitrioli Anglici libras tres

Abſtracto per retortam liquore ac ſiccitatem, maſſae reſiduae albae in mortario vitreo admiſceantur.
Salis marini decrepitati librae quatuor cum dimidia.

Sublimentur in Cucurbita capaci, alembico inſtructa.

MILLEPEDUM PRAEPARATIO.

Millepedes panno cannabino rariori incluſi

ſuſpen

ſuſpendantur in vaſe clauſo ſuper ſpiritum Vini calefactum, ut a vapore necati friabiles reddantur.

MIXTURA RESOLVENS.

℞. Tincturae Antimonii Tartariſatae,
Eſſentiae Pimpinellae albae,
Succini ana uncias duas,
Saponis Hiſpanici ſemunciam.
Solvantur.

MIXTURA SIMPLEX CAMPHORATA.

℞. Spiritus diatrion rectificati unciam unam,
Camphorae Grana decem.
Miſceantur

MIXTURA SIMPLEX NON RECTIFICATA.

℞. Spiritus theriacalis uncias decem,
Tartari rectificati uncias ſex,
Olei Vitrioli concentrati drachmas ſex.
Miſceantur.

MIXTURA SIMPLEX RECTIFICATA.

Vid. Spiritus Diatrion.

MIXTURA TONICO-NERVINA.

℞. Tincturae Antimonii tartariſatae uncias duas,
Spiritus Cornu Cervi rectificati unciam unam.
Miſceantur.

MORSULI ANTIMONIALES.

℞. Antimonii praeparati drachmas tres,
Amygdalarum dulcium excorticatarum ſemunciam,

Elaeoſacchari Citri drachmam unam.
Immiſceantur
Sacchari albi, in Aqua Cinnamomi ſoluti & ad debitam conſiſtentiam cocti unciis tribus cum dimidia.
Formentur inde Morſuli drachmae unius ponderis.

MORSULI ROSARUM PURGANTES.

℞. Sacchari albi in Aqua Roſarum ſoluti uncias tredecim.
Ad conſiſtentiam Tabulati coctis, ne plane refrigeratis immiſceantur
Pulveris Radicum Jalappae unciae duae,
Santali rubri ſemuncia,
Diagrydii praeparati drachmae duae.
Formentur inde Morſuli, ponderis drachmae unius.

MORSULI STOMACHICI.

℞. Sacchari albi uncias ſedecim.
Solvantur in Aquae Roſarum ſufficiente quantitate, & coquantur ad Tabulati conſiſtentiam; ab igne remotis, fervore paululum remittente, commiſceantur minutim conciſa ac mixta,
Amygdalarum dulcium excorticatarum ſescuncia,
Piſtaciarum mundatarum ſemuncia,
Corticum Citri conditorum,
Pulpae Citri conditae ana uncia una,
Specierum pro Morſulis ſtomachicis ſemuncia.

MORSULI CONTRA VERMES.

℞. Seminis Santonici,

Muſci

Muſci corallini ana ſemunciam,
Aethiopis mineralis,
Radicis Jalappae ana drachmas tres,
Cinnamomi drachmas duas.
In pulverem redacta immiſceantur
Sacchari albi, in Aqua Roſarum ſoluti & ad conſiſtentiam Tabulati cocti unciis ſeptem,
& formentur inde Morſuli.

NAPHTHA NITRI.

R. Aquae fortis concentratae,
Spiritus Vini rectificatiſſimi ana partes, ad menſuram, non ad pondus, aequales.

Aqua fortis infundatur phialae epiſtomio vitreo munitae; tum inſtilletur Spiritus paulatim & caute ad marginem vaſis, adeo ut non invicem commiſceantur, ſed Spiritus ſupernatet. Relinquantur in loco frigido per quatriduum. Sic ſponte Naphtha inſtar Olei ſuperne prodens ſeparabitur, quae aquae ſuperfuſa & ſic ab acido liberata, in vaſe vitreo, obturaculo vitreo munito, ſervetur.

NAPHTHA VITRIOLI.

R. Olei Vitrioli glacialis,
Spiritus Vini rectificatiſſimi ana libras tres.

Oleum caute ac paulatim inſtilletur Spiritui; facta per biduum digeſtione, ex retorta leni igne deſtillentur primum unciae ſex, quae ſeorſim ſervatae, ad parandum Liquorem anodynum mineralem inſervire poſſunt, loco Alcoholis. Tum recipiente iterum adaptato continuetur deſtillatio

caute ac leni igne, ne adſcendat maſſa, donec appareant ſtriae in recipiente & bullulae in retorta. Deſtillatus liquor commiſceatur cum dupla aquae quantitate; ſic ſeparatur Naphtha, quae Aquae ſuperfuſa ab Acido liberata, ſervanda eſt ſicut Naphtha Nitri. Si reſiduo in retorta dimidium additur Spiritus Vini, & idem proceſſus denuo inſtituitur, adhuc aliquid Naphthae Vitrioli obtineri poterit. Quod ſi Naphtha Vitrioli ſulphurei odoris tranſcendat, illa miſceatur cum parte circiter decima Spiritus Salis Ammoniaci aquoſi cum Alcali parati, agitetur ſaepius, donec empyrevma penitus fuerit ſublatum, quo facto ambo liquores a ſe invicem lege artis ſeparentur.

NITRUM ANTIMONIATUM.

Paratur Aquam, in qua Antimonium diaphoreticum poſt detonationem ſolutum fuit, per ſubſidentiam depurando, iteratis vicibus filtrando, ad lenem ignem evaporando & ad cryſtalliſationem reponendo.

NITRUM DEPURATUM.

Nitrum leni calore ſolvatur in Aqua fontana, ſolutio evaporetur ad cuticulam, coletur, & cryſtalliſationi relinquatur. Iterari poteſt evaporatio, ubi tamen notandum, quod primae cryſtalli, a ſale communi liberrimae, ſeorſim ſervandae ſint.

NITRUM FIXUM.

Paratur uti ſub titulo Liquoris Nitri Fixi dictum eſt.

NITRUM

NITRUM TABULATUM.

Vid. LAPIDES PRUNELLAE.

OFFA HELMONTII.

℞. Spiritus Salis Ammoniaci cum Alcali parati concentratiſſimi quantum libet.

Inſtilletur lentiſſime ac in loco frigido Spiritus Vini puriſſimi frigidi quantum ſufficit, ut naſcatur coagulum.

OLEA.

CANONES.

I. TEMPUS macerationis Vegetabilium ad *Olea eſſentialia* adhibendorum, varium eſt pro ratione texturae & compagis. Tenerrima vix ullam, tenuia molliaque duarum triumve dierum, viſcoſa longiorem requirunt macerationem.

II. MISCELA doloſa Oleorum eſſentialium cum Spiritu Vini, Oleo expreſſo aut Terebinthina, detegitur admiſta Aqua, unde lacteſcunt cum Spiritu Vini adulterata, & non praecipitantur ſi Oleum expreſſum contineant. Terebinthina affuſo Spiritu Vini rectificatiſſimo praeceps data, ſe prodit.

III. QUOAD *Olea empyrevmatica*, eorumque rectificationem, proceſſus *Olei animalis* Dippelii pro norma inſerviat.

IV. OLEORUM *infuſorum & coctorum* parandorum methodus ſub *Oleo Abſynthii* traditur. Praeſtantiora evadunt, ſi poſt expreſſionem certa quantitas Olei eſſentialis ejusdem plantae adjiciatur.

V. Quae pro uſu interno deſiderantur *Olea expreſſa*, frigido ſubjicienda ſunt praelo. Semina vero Hyoſcyami, Lini &c. recentia & in aëre ſiccata pro expreſſione Olei adhibeantur, ea cum cautela, ut laminae ferreae, quibus ſubjiciuntur, aqua calida immerſae parum incaleſcant. De *Olei Amygdalarum* expreſſione, quae ſine calore peragitur, notandum, quod Amygdalae non affuſa aqua calida, ſed vel exſiccatione in aëre ventis perflato & tritura inter pannum rugoſum; vel plane non ab epidermide liberandae ſint.

OLEA ESSENTIALIA.

OLEUM ABSYNTHII.

R. Foliorum ac Florum Abſynthii in umbra fere ſiccatorum & inciſorum libras decem,
Aquae ſimplicis libras ſexaginta,
Salis culinaris uncias quatuor.

Per dies duodecim, aut quatuordecim macerata, deſtillentur e Veſica ad tertiam partem repleta, oleumque aquae innatans ſeparetur.

Eodem modo parantur:

Oleum Anthos.
Chamomillae Romanae.
Vulgaris.
Lavendulae.
de quo notandum, quod Flores recentes, ſine praevia maceratione ſint adhibendi.
Majoranae.
Melissae Turcicae.
Menthae.

Men-

MENTHAE PIPERITIDIS.
MILLEFOLII e FLORIBUS.
ORIGANI.
RUTAE.
SABINAE.
SALVIAE.
TANACETI.
THYMI.

OLEUM ANETHI.

℞. Seminis Anethi contuſi libras quatuor,
Aquae ſimplicis libras ſedecim.

Per triduum macerata deſtillentur e veſica. Oleum ab aqua ſeparetur.

Simili ratione parantur:

OLEUM BACCARUM JUNIPERI.
SEMINUM AMOMI, ſeu PIPERIS JAMAICENSIS.
ANGELICAE.
ANISI STELLATI.
CARDAMOMI.
CARVI.
CUMINI.
FOENICULI.
PETROSELINI.
PIPERIS VULGARIS.

OLEUM CALAMI AROMATICI.

℞. Corticum Radicum Calami aromatici, in umbra leniuſcule ſiccatorum, minutim conciſorum libras decem,

Aquae

Aquae ſimplicis puriſſimae libras ſexaginta.

Per octiduum macerata deſtillentur e Veſica, oleumque aquae innatans ſeparetur.

Eadem encheireſi deſtillantur:

OLEUM CORTICIS LIGNI SASSAFRAS.
LIGNI JUNIPERI.
RHODII.
NUCIS MOSCHATAE.
RADICIS ZEDOARIAE.

OLEUM CARYOPHYLLORUM.

R. Caryophyllorum aromaticorum contuſorum libras duas,

Salis communis uncias quatuor,

Aquae ſimplicis libras duodecim.

In loco calido per quatriduum macerata deſtillentur per retortam. Poſt quietem aliquot dierum, Oleum in fundo haerens ſeparetur cauta aquae effuſione.

Nota. Ad deſtillationem hujus olei valde gravis & in Aqua ſubſidentis, paulo fortior requiritur ignis gradus. Praeſtat igitur non adeo magnam portionem pro tempore deſtillationi ſubjicere, ne diuturniore ignis adminiſtratione pars olei deſtruatur. Neque unica deſtillatione omne oleum exhauritur. Bis igitur, vel ter repeti poteſt, ſuperfundendo aquam, de qua oleum ſeparatum fuit.

OLEUM CINNAMOMI.

R. Corticis Cinnamomi electi contuſi libras duas;

Salis

Salis communis uncias quatuor,
Aquae ſimplicis libras duodecim.

Per quatriduum in loco calido macerata deſtillentur per retortam, & poſt quietem trium vel quatuor ſeptimanarum, Oleum ſubſidens cauta aquae decantatione ſeparetur.

Eodem modo parantur:

Oleum Cuberarum.
Culilavan.

OLEUM CORTICUM AURANTIORUM.

℞. Corticum extimorum Aurantiorum recentium libras duas, Aquae ſimplicis libras duodecim.

Absque praevia maceratione deſtillentur, & Oleum Aquae innatans ſeparetur.

Eadem methodo paratur:

Oleum Corticum Citri,

Nota. Huic utiliter ſubſtituitur *Oleum de Cedro.*

OLEA EMPYREVMATICA.

OLEUM ANIMALE DIPPELII.

℞. Olei Cornu Cervi quantum ſufficit, ut retorta vitrea ad dimidium repleatur.

Fiat deſtillatio ad ignem lenem, & protrahatur, quamdiu Oleum prodit fluidum. Tum affuſo triplo Aquae, quinquies repetatur deſtillatio, mutato ſemper recipiente, donec limpidum, album atque odore gratius evadat oleum. Quod ſi mora temporis obſcuriorem acquiſiverit colorem, novae deſtillationi admiſta aqua ſubjiciendum eſt. Oleum hoc rectificatum diſtribuatur per vaſcula vitrea drachmam

mam continentia, quae probe obturata ſub aqua ſervanda ſunt.

OLEUM BUXI.

R. Ligni Buxi in ſcobem redacti quantum volueris.

Immittatur retortae ferreae & per gradus ex igne aperto, vel arenae deſtilletur. Refrigeratis omnibus, oleum in fundo haerens a reliquo liquore ſeparetur, ac rectificetur.

OLEUM CAMPHORAE.

R. Camphorae tritae uncias tres,
Spiritus Nitri uncias ſex.

Digerantur in Vaſe probe obturato. Facta ſolutione oleum ſupernatans ſeparetur.

OLEUM CERÆ.

R. Cerae flavae quantum volueris.

Liquata cum Arenae duplo immittatur retortae ac deſtilletur. Poſt liquorem acidum prodit Oleum craſſum collo adhaerens, niſi prunis admotis incaleſcat. Rectificatur in Oleum tenue, ſi aliquoties per ſe deſtilletur ex arena.

OLEUM CORNU CERVI FOETIDUM.

Obtinetur deſtillatione Spiritus Cornu Cervi, qui videndus eſt.

OLEUM FULIGINIS.

i citur una cum Spiritu Fuliginis, qui videatur.

OLEUM LIGNI GUAJACI.

Paratur inſtar *Olei Buxi.*

OLEUM LATER T UM VULGO PHILOSOPHORUM.

R. Olei Olivarum quantum libet. Im-

Imbibatur vel lateribus contuſis, vel Cineribus, vel Calce viva, vel quod praeſtat, pulvere Carbonum duriorum; deſtilletur per retortam & rectificetur.

OLEUM SUCCINI.

R. Succini raſi quantum volueris.

Mixtum cum arena, vel ſi Capite mortuo uti placet, per ſe deſtilletur, igne gradatim aucto. Primo exſtillabit *Spiritus* cum pauco Oleo flavo, dein *Oleum flavum*, cum pauco Sale, tum demum plus Salis cum Oleo ſubrubro. Liquor e recipiente effundatur, & *Sal* a lateribus collectus, atque inter plicas chartae emporeticae compreſſus exſiccetur. Tum Spiritus ab Oleo ſeparetur, Oleumque deſtillatione cum Muria Salis marini e cucurbita vitrea rectificetur.

OLEUM TARTARI FOETIDUM.

Obtinetur una cum SPIRITU TARTARI, qui videatur,

OLEUM TEREBINTHINÆ.

Vid. SPIRITUS TEREBINTHINAE.

OLEUM VITRIOLI.

R. Vitrioli quantum volueris.

Leni calore ad flavedinem calcinatum e retorta terrea igne reverberii, per octiduum circiter continuato, deſtilletur. Phlegma & Spiritus ſeparatim excipiantur. Oleum, quod demum glaciei forma prodit, ab aëre ſollicite cuſtodiatur.

Nota

Nota, Raro apud nos deſtillatur. Utimur plerumque Oleo Vitrioli apud Altonavienſes peraro; & ſi debilius requiritur, Anglicano.

OLEA COCTA, EXPRESSA, INFUSA, COMPOSITA ET PER DELIQUIUM PARATA.

OLEUM ABSYNTHII COCTUM.

℞. Foliorum Abſynthii juniorum recentium libram unam. Inciſa & contuſa infundantur.

Olei Olivarum libris duabus.

Digeſta per triduum leni igne, ſub continua agitatione cum ſpatula lignea, coquantur ad omnem humiditatis conſumtionem, quod exploratur, ſi hujus magmatis aliquantulum in prunas dejectum, ſtatim absque ſibilo aut ſtrepitu flammam concipit. Tunc cito ab igne removeatur, ſacco ingeratur, & ſub prelo calefacto omne Oleum eliciatur, quod poſt quietam refrigerationem a faecibus decantandum eſt.

Ad hanc normam parantur:

Oleum coctum Anethi.
Chamomillae.
Menthae
Rosarum.
Rutae,
Verbasci.

OLEUM AMYGDALARUM AMARARUM.

℞. Amygdalarum amararum non rancidarum quantum volueris.

In-

In pulverem groſſum redactis, ac ſacculo linteo incluſis, ſub prelo omne eliciatur Oleum. Eodem modo parantur,

Oleum Amygdalarum dulcium.
Hyoscyami Seminis.
Lini Seminis.

Nota. Poſteriora duo calide ſunt exprimenda.

OLEUM CAMPHORATUM.

R. Camphorae partem unam,
Olei Amygdalarum dulcium partes quatuor.
Terendo ſolvantur.

OLEUM CARMINATIVUM.

R. Olei cocti Chamomillae,
Menthae ana uncias duas,
ſtillatitii Carvi,
Cumini,
Foeniculi ana ſemidrachmam,
Miſceantur.

OLEUM COLOCYNTHIDIS.

R. Herbae Abſynthii,
Rutae ana uncias quatuor,
Fructus Colocynthidis uncias duas,
Radicis Hellebori nigri unciam unam,
Inciſis & contuſis affundantur.
Olei Olivarum librae quatuor.
Vini albi ſemilibra.

Coquantur leni igne ad humidi evaporationem. Expreſſa colentur.

OLEUM HYPERICI.

℞. Florum Hyperici adhuc in gemmis, a foliis circumdantibus bene mundatorum, contuſorum libras duas,
Vini albi ſemilibram,
Olei Olivarum libras quatuor.

Per triduum macerata decoquantur leni igne, ad omnem humidi conſumtionem. Expreſſis addantur

Terebinthinae unciae duae.

OLEUM LILIORUM ALBORUM.

℞. Florum Liliorum alborum absque Antheris,
Olei Olivarum ana partes aequales.

Per aliquot dies macerata, ad calorem ſolis digerantur.

OLEUM MYRRHAE.

Vid. Liquor, ſeu Liquamen Myrrhae.

OLEUM NUCIS MOSCHATAE.

Nuces moſchatae contuſae Aquae calidae vapore irrigantur, & dum adhuc calent, Oleum exprimitur.

OLEUM OVORUM.

℞. Ovorum recentium ad duritiem coctorum quot volueris.

Vitelli exemti, contriti & in ſartagine ad ruffedinem, vel pinguedinis exſudationem aſſati adhuc fervidi, ſacculo linteo includantur, atque ſub prelo calido exprimatur Oleum.

OLEUM

OLEUM TARTARI PER DELIQUIUM

℞. Salis Tartari quantum libet.

In ſacculo linteo incluſum ſuſpendatur in cella, atque liquor deſtillans in patina ſuppoſita excipiatur.

* OXYMEL PECTORALE.

℞. Radicis Helenii unciam unam,
Iridis Florentinae ſemunciam.
Inciſa & contuſa coquantur ex
Aquae fontanae libris tribus.
Colaturae ſubſidentia depuratae libris duabus addantur
Mellis deſpumati libra una,
Gummi ammoniaci in octuplo Aceti ſoluti unciam unam.
Coquendo miſceantur.

OXYMEL SCILLITICUM.

℞. Mellis deſpumati libras duas,
Aceti ſcillitici libram unam.
Coquantur in vaſe figulino vitreato ad Syrupi conſiſtentiam.

OXYMEL SIMPLEX.

℞. Mellis deſpumati libras duas,
Aceti Vini albi libram unam,
Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam.

PANACEA MERCURIALIS.

Vid. Mercurius Dulcis.

PANIS CYDONIORUM.

℞. Malorum Cydoniorum quot volueris.

Cortice detracto, & ſeminibus exemtis, coquantur in Aqua puriſſima. Pulpae per cribrum trajectae addatur

Sacchari albi dimidia pars.

Evaporent ad juſtam conſiſtentiam.

PASSULÆ LAXATIVÆ.

℞. Foliorum Sennae uncias quatuor,

Coquantur ex

Aquae ſimplicis unciis decem.

Sub finem coctionis addantur

Zingiberis,

Cinnamomi ana ſesquidrachma

Expreſſa ebulliant cum

Sacchari albi libra una.

Syrupus colatus ſuperfundatur

Paſſularum minorum librae uni.

PASTA ALTHEÆ.

℞. Radicum Altheae in taleolos diſſectarum uncias quatuor,

Aquae fontanae libras octo.

Ad dimidiae partis conſumtionem ebulliant.

In colatura ſolvantur

Gummi Arabici albiſſimi et puriſſimi,

Sacchari albi ana librae duae cum dimidia.

Colata lento igne ad ſpiſſitudinem Extracti evaporent, continua ſub agitatione. Ab igne remotis ac celeriter agitatis inſpergantur paulatim Albu-

Albumen in ſpumam conquaſſatum e viginti Ovis recentibus,

Aquae Naphae odoratiſſimae unciae quatuor.

Lento calore, perpetuaquae ſub agitatione inſpiſſentur, donec manui non amplius adhaereſcant. Formentur inde Paſtae, Amyli pulvere conſpergendae.

PILULÆ.

CANONES.

I. CONFERANTUR. Canones pro Pulveribus.

II. GUMMI & Succi inſpiſſati molleſcant prius, affundendo liquorem praeſcriptum, additisque ſenſim Pulveribus & repetita contuſione perficiatur Maſſa.

III. SERVENTUR Maſſae pilulares in veſicis, liquore quocum perficiuntur, aut Oleo aromatico idoneo ſubinde oblinendis.

PILULÆ ÆTHIOPICÆ.

℞. Mercurii vivi drachmas ſex,

Saponis albi Hiſpanici,

Reſinae Guajaci ana ſemunciam.

In mortario vitreo ad perfectam globulorum exſtinctionem tritis addatur

Sulphuris aurati Antimonii tertiae praecipitationis ſemuncia,

Syrupi communis quantum ſufficit, ut fiat Maſſa Pilularum.

PILULÆ DE AMMONIACO.

℞. Extracti Aloës gummoſi uncias duas,

Gummi Ammoniaci in Aceto depurati ſeſcunciam.
Myrrhae electae,
Maſtichis,
Benzöes electae,
Rhabarbari ana drachmas duas
Croci ſcrupulos duos.
Miſceantur in Maſſam pilularem.

PILULÆ ANTIMONIALES.

℞. Antimonii crudi in pulverem triti unciam unam,
Gummi Guajaci drachmas duas,
Extracti Fumariae quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ APERIENTES STAHLII.

℞. Extracti Aloës gummoſi unciam unam,
Panchymagogi ſemunciam,
Limaturae Martis tenuiſſime tritae drachmas duas.
Miſceantur in maſſam pilularem.

PILULÆ BALSAMICÆ STAHLII.

℞. Gummi Hederae,
Juniperi ana uncias duas cum dimidia,
Extracti aquoſi Aloës,
Myrrhae ana uncias duas,
Rhei,
Hellebori nigri ana drachmas quinque,
Trifolii fibrini,
Abſynthii,

Car-

Cardui benedicti ana drachmas quindecim,
Fumariae drachmas quinque,
Terebinthinae Venetae unciam unam.
Miſceantur in Maſſam pilularem.

PILULÆ CACHECTICÆ.

℞. Gummi Ammoniaci depurati drachmas ſex,
Extracti Aloes aquoſi ſemunciam,
Chalybis tenuiſſime triti drachmas quinque,
Olei ſtillatitii Caryophyllorum,
Aniſi, ana ſcrupulum dimidium,
Spiritus Vini quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ CATHARRHALES PURGANTES.

℞. Extracti panchymagogi unciam unam,
Mercurii dulcis ſemunciam,
Reſinae Jalappae drachmam unam,
Olei ſtillatitii Corticum Aurantiorum guttas triginta.
Miſceanrur in Maſſam pilularem.

PILULÆ CEPHALICÆ

℞. Maſſae pilularis de Succino,
Extracti Rhabarbari aquoſi,
Panchymagogi,
Reſinae Jalappae cum Amygdalis tritae ana ſemunciam,
Spiritus Vini quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ DE CICUTA.

E Cicutae Extracto formentur Pilulae grano-

 rum

rum duorum ponderis, Pulvere Cicutae conſpergendae.

PILULÆ de COLOCYNTHIDE cum ALOE

R. Aloës Socotrinae,
Scammonei ana uncias duas,
Medullae Colocynthidis unciam unam.
Singulis in pulverem redactis admiſceantur
Olei Caryophyllorum drachmae duae,
Syrupi de Spina Cervina quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ DE CYNOGLOSSO.

R. Radicis Cynogloſſi ſemunciam,
Seminis Hyoſcyami albi drachmas duas,
Myrrhae electae drachmas ſex,
Thuris ſemunciam,
Styracis calamitae,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cinnamomi,
Caſtorei,
Croci ana drachmas duas,
Extracti Opii ſemunciam.
Contritis admiſceatur
Syrupi Papaveris albi quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

Nota, Hujus maſſae ſingulae drachmae inſunt grana quatuor Extracti Opii, & grana duo Seminis Hyoſcyami.

PILULÆ FOETIDÆ.

R. Aſae foetidae ſesquidrachmam,

Cam-

Camphorae ſemidrachmam.
Contuſis addantur
Caſtorei Ruſſici ſesquidrachma,
Olei Cornu Cervi deſtillati guttae viginti quatuor.
Miſceantur in Maſſam pilularem.

PILULÆ DE GAMBOGIA.

℞. Aloës Socotorinae,
Extracti Hellebori nigri,
Mercurii dulcis,
Gambogiae ana drachmas duas,
Olei deſtillati Juniperi ſemidrachmam,
Syrupi de Spina Cervina quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ LAXANTES.

℞. Maſſae pilularum balſamicarum Stahlii ſescunciam,
Extracti panchymagogi ſemunciam.
Miſceantur.

PILULÆ LAXANTES CUM MERCURIO.

Vid. Pilulae Catarrhales.

PILULÆ MERCURIALES SIALAGOGÆ.

℞. Mercurii vivi uncias duas,
Balſami Sulphuris drachmas duas,
Ad exſtinctionem Globulorum tritis addatur
Gummi Guajaci uncia una,
Extracti Liquiritiae drachma una,
Fiat Maſſa pilularis,

PILULÆ CONTRA OBSTRUCTIONEM

Vid. Pilulae Aperientes Stahlii.

PILULÆ PICEÆ.

℞. Picis liquidae quantum libet,
Pulveris Radicis Helenii ſufficientem quantitatem, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ POLYCHRESTÆ BALSAMICÆ.

Vid. Pilulae Balsamicae.

PILULÆ POLYCHRESTÆ STARKEY.

℞. Pulveris ſubtiliſſimi Radicis Liquiritiae,
Hellebori nigri,
albi,
Extracti Opii ana unciam unam,
Saponis Starkeyani uncias tres.
Miſceantur in Maſſam pilularem, in vaſe vitreo ſervandam.

PILULÆ RUFI.

℞. Aloës Socotrinae unciam unam,
Myrrhae,
Croci ana ſemunciam.
Contritis admiſceatur
Syrupi Foeniculi quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis.

PILULÆ SAPONACEÆ.

℞. Saponis Veneti drachmas duas,
Rhei pulverati,
Myrrhae electae ana drachmam unam.
Miſceantur in Maſſam pilularem.

PI-

PILULÆ SCILLITICÆ.

℞. Saponis Veneti unciam unam,
Gummi Ammoniaci,
Millepedum praeparatarum,
Scillae praeparatae ana ſemunciam,
Balſami de Copaiba drachmam unam.
Miſceantur in Maſſam pilularem.

PILULÆ DE STYRACE.

℞. Styracis calamitae ſemunciam,
Succi Liquiritiae depurati drachmas tres,
Olibani electi,
Benzoës,
Maſtichis ana drachmas duas,
Extracti Opii,
Croci Orientalis ana drachmam unam,
Eſſentiae Succini quantum ſufficit, ut fiat Maſſa pilularis, cujus grana tredecim continent Opii circiter granum unum.

PILULÆ DE SUCCINO.

℞. Succini praeparati ſescunciam,
Maſtichis unciam unam,
Aloës depuratae uncias duas cum dimidia,
Radicis Ariſtolochiae rotundae verae drachmas duas
Eſſentiae Succini quantum ſufficit.
Fiat Maſſa pilularis.

PLUMBUM USTUM.

℞. Scobis Plumbi libras duas,
Sulphuris citrini libram unam.

Mixta

Mixta in crucibulo, quod operculo obiter clauditur, calcinentur. Materia calcinata ſaepius abluatur, exſiccetur & in pulverem teratur.

PULPA CASSIÆ.

Vid. CASSIA EXTRACTA.

PULPA PASSULARUM MINORUM.

Paſſulae minores elotae coquantur ex Aquae communis quantitate ſufficiente. Coctae cribro inverſo excipiantur, atque omne pulpoſum exprimatur; ad conſiſtentiam mellis dein evaporandum, cujus ſingulis libris addantur

Sacchari albi unciae quatuor.

Leni igne demum ad juſtam conſiſtentiam evaporent.

Ad eandem normam parantur:

PULPA PRUNORUM.

TAMARINDORUM.

PULVERES.

CANONES.

I. SIMPLICIA; quorum virtus facile avolat, uti Aromata quaedam, Radices Ari, Valerianae &c., nec non Salia, in nimis magna quantitate pulveriſata ſervanda non ſunt.

II. TENACIORA & humidiora prius ad lenem ſiccanda ſunt ignem, ea tamen cum cautela, ut volatilioribus particulis praedita thecis papyraceis incluſa ſiccentur. Sicciora contra aquae guttis aliquot inter pulverandum aſpergenda ſunt.

III.

III. Radices fibroſae, uti Altheae, Liquiritiae, Enulae &c., a Cortice exteriore liberatae & inciſae demum in Pulverem terantur. Rejiciatur vero omne carioſum, mucidum, exeſum.

IV. Fructus oleoſi admiſtis ſiccioribus, v. g. Saccharo; Gummi-reſinae & Succi inſpiſſati, ad Balnei Maris calorem ſiccata, aut hyeme congelata; Camphora vero additis Guttis aliquot Spiritus Vini demum Pulveriſationem admittunt.

V. Medicamina purgantia, inprimis reſinoſa nec non Mercurius dulcis, minus violenter agunt, ſi in ſubtiliſſimum terantur Pulverem.

PULVIS ABSORBENS NITRATUS.

℞. Concharum praeparatarum uncias quatuor,
Nitri puriſſimi uncias duas.
Miſceantur.

PULVIS CONTRA ACREDINEM.

℞. Concharum citratarum libram unam,
Antimonii diaphoretici ſemilibram.
Miſceantur.

PULVIS ALTERANS EDINBURGENSIUM.

℞. Mercurii dulcis ſexies ſublimati quantum volueris.

Contrito in mortario lapideo, ſub continua tritura admiſceantur paulatim
Sulphuris aurati Antimonii tertiae praecipitationis partes aequales.

PUL-

PULVIS ANTISPASMODICUS STAHLII.

R. Nitri puriſſimi uncias quatuor,
Tartari vitriolati uncias duas,
Cinnabaris factitiae praeparatae ſemunciam.
Miſceantur.

PULVIS BEZOARDICUS.

R. Lapidum Cancrorum praeparatorum unciam unam.
Antimonii diaphoretici,
Radicis Contrayervae ana drachmas duas.
Contundendo & conterendo miſceantur.

PULVIS BEZOARDICUS RUBER.

R. Concharum citratarum,
Antimonii diaphoretici ana uncias duas,
Cinnabaris factitiae praeparatae,
Nitri depurati ana ſemunciam.
Miſceantur.

PULVIS CACHECTICUS.

R. Limaturae Martis ſubtiliſſimae unciam unam.
Radicum Ari praeparatarum,
Coralliorum rubrorum praeparatorum,
Cornu Cervi ſine igne praeparati ana drachmas duas,
Cinnamomi acuti ſcrupulos quatuor,
Sacchari albi uncias duas,
Subtiliſſime trito miſceantur,

PUL-

PULVIS CONTRAYERVAE COMPOSITUS.

℞. Radicis Contrayervae drachmas ſex,
Serpentariae Virginianae drachmas duas,
Lapidum Cancrorum praeparatorum uncias duas.
Miſceantur in pulverem.

PULVIS CORDIALIS CELLENSIS.

℞. Cinnabaris factitiae praeparatae drachmas ſex,
Sacchari Canarienſis drachmas octodecim,
Olei Cinnamomi drachmam unam.
Miſceantur, ut fiat pulvis ſubtiliſſimus.

PULVIS DENTIFRICIUS.

℞. Pulveris Herbae Nicotianae unciam unam,
Radicis Lapathi acuti,
Iridis Florentinae,
Gummi Myrrhae ana drachmas duas,
Olei Caryophyllorum ſtillatitii ſesquidrachmam,
Miſceantur.

PULVIS DIGESTIVUS.

℞. Tartari vitriolati uncias duas,
Concharum citratarum unciam unam,
Radicis Ari drachmas duas.
Miſceantur in pulverem ſubtiliſſimum.

Nota. Utiliter adjiciuntur Rhei drachmae duae.

PULVIS DYSENTERICUS.

℞. Rhabarbari optimi unciam unam,

Cor-

Cornu Cervi uſti praeparati ſemunciam,
Gummi Arabici drachmas tres,
Corticum Cascarillae drachmas duas.
Miſceantur in pulverem ſubtiliſſimum.

PULVIS EPILEPTICUS MARCHIONIS.

℞. Radicum Poeoniae uncias quatuor.
Raſurae Cornu Cervi,
Lapidum Cancrorum,
Coralliorum rubrorum ana uncias tres,
Viſci querni unciam unam.
Subtiliſſime tritis admiſceantur
Foliorum Auri triginta.

PULVIS FUMALIS OPTIMUS.

℞. Benzoës uncias decem,
Storacis calamitae uncias ſex,
Ligni Rhodii raſi uncias quatuor,
Radicis Iridis Florentinae unciam unam,
Cinnamomi drachmas ſex,
Caryophyllorum drachmas tres,
Olei Ligni Rhodii guttas quadraginta octo,
Cinnamomi guttas duodecim,
de Cedro guttas ſedecim,
Moſchi in Spiritu Roſarum ſoluti grana triginta duo.
Miſceantur in pulverem groſſiuſculum.

PULVIS FUMALIS ORDINARIUS.

℞. Baccarum Juniperi libras duas
Succini raſi ſesquilibram,
Florum Roſarum rubrarum,
Lavendulae,

Ben-

Benzoës,
Maſtichis ana uncias octo,
Storacis calamitae,
Olibani,
Ligni Rhodii ana uncias ſex,
Gummi Ladani uncias tres
Inciſa & contuſa groſſo modo miſceantur.

PULVIS GALACTOPOEUS.

℞. Magneſiae albae unciam unam,
Flavedinis Corticum Aurantiorum,
Seminis Foeniculi ana drachmam unam.
Sacchari albi drachmas duas.
Miſceantur, ut fiat pulvis.

PULVIS INFANTUM CUM RHEO.

℞. Magneſiae albae,
Lapidum Cancrorum praeparatorum,
Elaeoſacchari Foeniculi ana ſemunciam,
Pulveris Rhabarbari unciam unam,
Miſceantur in pulverem.

PULVIS INFANTUM SINE RHEO.

vulgo PULVIS PUERORUM CITRINUS

℞. Magneſiae albae drachmas ſex
Radicis Iridis Florentinae.
Sacchari albi,
Seminis Aniſi ana drachmas duas,
Croci drachmam unam.
Miſceantur in pulverem.

PULVIS LAXANS.

℞. Radicis Jalappae praeparatae uncias duas,

Tartari vitriolati unciam unam.
Miſceantur in pulverem.

PULVIS PECTORALIS.

℞. Radicis Iridis Florentinae,
Liquiritiae ana drachmas ſex,
Florum Sulphuris ſemunciam,
Benzoës drachmam unam:
Sacchari candi albi uncias duas,
Olei ſtillatitii Foeniculi,
Aniſi ana guttas decem.
Miſceantur in pulverem ſubtiliſſimum.

PULVIS PUERORUM CITRINUS.

Vid. Pulvis infantum sine Rheo.

PULVIS REFRIGERANS.

℞. Nitri depurati drachmas ſeptem,
Cryſtallorum Tartari drachmas quatuor,
Elaeoſacchari Citri e corticibus drachmas quindecim.
Miſceantur in pulverem.

PULVIS SCILLÆ COMPOSITUS.

℞. Radicis Scillae praeparatae,
Vincetoxici praeparatae ana ſemilibram.
Miſceantur.

PULVIS STERNUTATORIUS.

℞. Foliorum ſiccatorum Aſari,
Majoranae,

Mari

Mari Syriaci,
Florum ſiccatorum Lavendulae ana partes aequales. Conterantur ſimul in pulverem.

PULVIS STOMACHICUS BIRCKMANNI.

R. Radicum Ari praeparatarum uncias duas,
Calami aromatici,
Pimpinellae albae ana unciam unam,
Lapidum Cancrorum praeparatorum ſemunciam,
Cinnamomi drachmas tres,
Salis Abſynthii drachmas duas.
Miſceantur, ut fiat Pulvis.

PULVIS TEMPERANS.

R. Lapidum Cancrorum citratorum uncias quatuor,
Arcani duplicati uncias duas cum dimidia,
Nitri puri drachmas novem,
Cinnabaris Antimonii ſemunciam.
Miſceantur in pulverem.

PULVIS VERMIFUGUS.

R, Florum Tanaceti,
Seminis Santonici ana drachmas tres,
Salis Martis drachmam unam.
Conterantur in pulverem.

REGULUS ANTIMONII MARTIALIS.

R. Clavorum ferreorum purgatorum uncias octo.
Candentibus in Crucibulo paulatim adjiciantur
Antimonii Hungarici unciae ſedecim,
Optime fuſis addantur

Nitri unciae tres.

Perfecte fuſa effundantur in conum ſebo illitum, ſub jugi huius percuſſione. Maſſa refrigerata, Regulus a ſcoriis ſeparetur, qui minutim tritus, iterum ſecunda ac tertia vice, addita eadem Nitri quantitate, fundendus atque a ſcoriis ſeparandus eſt.

REGULUS ANTIMONII MEDICINALIS.

℞. Antimonii Hungarici uncias quatuor.
Fuſis in Crucibulo clauſo adjiciatur paulatim
Nitri puri ſicciſſimi contriti ſeſcuncia.

Poſt ſingulas Nitri additiones caute claudatur crucibulum. Maſſa per decem minuta fuſioni commiſſa, & in mortarium ferreum calidum effuſa pro *Tinctura Antimonii nigra* paranda inſervit.

REGULUS ANTIMONII SIMPLEX.

℞. Antimonii electi libras duas,
Tartari ſesquilibram.
Nitri uncias ſedecim.

Mixta in crucibulo ignito deflagrentur; deinde fuſa in conum calefactum ſebo illitum ſub jugi concuſſione effundantur, Regulus a ſcoriis liberetur & Aqua abluatur.

REQUIES NICOLAI.

Vid. Electuarium pro infantibus.

RESINA JALAPPÆ.

℞. Radicis Jalappae optime contuſae quantum volueris.

Spiritus

Spiritus Vini rectificati ſextuplum.

Digerantur in balneo Arenae, ut extrahatur tinctura. Repetatur digeſtio, donec omnis extracta fuerit Reſina. Tincturae filtratae e cucurbita vitrea leni calore ad dimidium deſtillentur. E reſiduo praecipitetur ope aquae affuſae Reſina, quae Aqua probe elota atque a gummoſa parte liberata, leniſſimo calore ſiccetur.

Eodem modo parentur;

RESINA GUAJACI (e Gummi potius paranda)
SCAMMONII.

RESINA PRAEPARATA JALAPPAE.

Reſina Jalappae cum aequali quantitate Amygdalarum dulcium excorticatarum in pulverem ſubtiliſſimum teratur.

Nota. Recens dum praeſcribitur paranda, non aſſervanda eſt.

ROOB BACCARUM JUNIPERI.

Baccae Juniperi recentes, maturae, conquaſſatae, coquantur in Aqua communi. Colata & expreſſa, addita Sacchari albi quarta parte, leni igne inſpiſſentur ad mellis conſiſtentiam.

ROOB MORORUM.

Mora recentia, matura, piſtillo ligneo in vaſe figulino conquaſſentur & exprimantur. Succo expreſſo addatur Sacchari albi dimidia pars, ſimulque coquantur in vaſe figulino, ad mellis conſiſtentiam.

Ad eandem normam parentur;

Roob Ribium.
Sambuci.

ROOB NUCUM.

℞. Succi e Nucibus viridibus circa Feſtum Baptiſtae extracti,
Mellis deſpumati ana libram unam.
Coquantur ad juſtam conſiſtentiam, ſub finem addendo
Cinnamomi drachmas duas.

SACCHARUM CLARIFICATUM.

Vid. Syrupus communis.

SACCHARUM HORDEATUM.

℞. Sacchari albi libram unam,
Decocti Hordei concentrati Cereviſiariorum uncias ſex.
Ebulliant leni igne. Ad debitam conſiſtentiam cocta effundantur in tabulam marmoream, Oleo Amygdalarum illitam, & in bacillos vel tabulas formentur.

SACCHARUM LACTIS.

℞. Seri Lactis dulcis, cum coagulo Lactis in ventriculo vituli reperiundo, vel cum Herba Pinguicula vulgari parati quantum volueris.
Evaporetur in vaſe vitreo ad pelliculam balneo maris. Reponatur in cella, ut concreſcant cryſtalli, aqua frigida abluendae. Evaporatio iterum atque iterum repetatur, quo omnes obtineantur cryſtalli.

SACCHA-

SACCHARUM PENIDIUM.

R. Sacchari farinacei albi libras duas,
Decocti Hordei uncias duodecim.
Coquantur ad conſiſtentiam inter Saccharum hordeatum & Tabulatum mediam; effundantur eodem modo ac Saccharum hordeatum, addendo ante effuſionem
Olei de Cedro guttas aliquot.
Maſſa contrectatione ductilis facta, diverſimode in fila ducatur donec albeſcat. Contorta fila indureſcant.

SACCHARUM ROSATUM.

R. Sacchari albiſſimi libram unam,
Aquae Roſarum fragrantiſſimae uncias quatuor.
Coquantur ad electuarii ſolidi conſiſtentiam, effundantur ſuper marmor & fiant Tabulae.

SACCHARUM SATURNI.

R. Minii libram unam,
Aceti Vini deſtillati libras octo.
Coquantur in vaſe plumbeo donec Acetum ſatis dulceſcat. Colata evaporentur & cryſtalliſationi committantur.

SAL ACETOSELLAE.

Ex Foliis Acetoſellae recentibus exprimatur ſuccus. Folia ſucco orbata eluantur aqua pura frigida, ut omne extrahatur Acidum. Succus cum iſto lixivio confuſus, ſubſidentia & colatura depuretur. Tunc lento igne ad Syrupi conſiſten-

tiam evaporata, in cella reponantur, donec conſpiciantur cryſtalli, aqua fontana molliter abluendae.

SAL AMMONIACUS DEPURATUS.

Sal ammoniacus crudus ſolvatur in Aquae calidae quintuplo. Filtrata in vaſe vitreo ſolutio evaporetur ad pelliculam & in cella reponatur, ut concreſcant cryſtalli.

SAL CORNU CERVI VOLATILIS DEPURATUS.

℞. Fragmentorum Cornu Cervi quantum libet.

Fiat deſtillatio igne gradatim aucto; adſcendent Spiritus, Sal & Oleum. Oleo ſeparato Sal & Spiritus ſimul miſti iterum leniſſimo calore & caute aliquoties deſtillentur, ut uterque purus evadat; Spiritus nempe inſtar Aquae limpidus gratique odoris, Sal autem candidiſſimus.

Citius abſolvitur Salis depuratio, ſi a Spiritu ſeparatus, primum ex aequali pondere Cretae puriſſimae, dein ex pauxillo Spiritus Vini rectificati ſublimetur.

SAL DIGESTIVUS SYLVII.

℞. Materiae a deſtillatione Spiritus Salis Ammoniaci cum
Sale Alcalino ſuperſtitis uncias decem.

In Aqua calida ſoluta filtrentur, & ad cuticulam evaporata cryſtalliſationi exponantur.

SAL MARTIS.

Vid. Vitriolum Martis.

SAL

SAL MIRABILIS GLAUBERI.

Reſiduum Spiritus Salis Glauberiani calcinetur, donec fumi evaneſcant; ſolutum in Aqua calida filtretur, & ad pelliculam evaporatum in loco frigido reponatur, ubi in maſſam glacialem coire ſolet, quae repetitis vicibus ſoluta, filtrata, inſpiſſata, vitro magno excepta & quiete in loco frigido relicta, facile in pulcherrimas concreſcit cryſtallos.

SAL PLANTARUM.

℞. Herbae Abſynthii aut alius, amarae inprimis vel aromaticae quantum volueris.

Exſiccatae in loco aperto comburantur ad ignem non adeo fortem. Cineribus adhuc calentibus affundatur Aqua. Relinquantur per horas aliquot, bacillo ſaepius agitando. Decantetur Aqua & nova aliquoties adjiciatur, donec nullum amplius prodat ſaporem ſalinum. Lixivia haec commixta ac filtrata inſpiſſentur in Cacabo ferreo ad ſiccitatem. Reſiduum exhibet *Sal lixivioſum*, informem referens maſſam, quae poſt novam ſolutionem filtretur & evaporetur. Servandus eſt Sal in pyxide terrea aut in vitro, locoque calido, ne humidum attrahat, vel deliqueſcat.

SAL POLYCHRESTUS DE SEIGNETTE.

℞. Salis Sodae libram unam,
Aquae fontanae libras octo.

Soluta atque filtrata in vaſe figulino ebulliant; inter bulliendum inſpergatur

Cryſtallorum Tartari quantum ſufficit ad Saturationem.

Solutio filtrata, ad tertias evaporata, cryſtalliſationi committatur.

SAL PRUNELLAE.

Vid. LAPIDES PRUNELLAE.

SAL SEDATIVUS HOMBERGII.

R. Boracis Venetae unciam unam,

Aquae purae uncias duodecim.

Leni calore ſolutis caute affundatur

Olei Vitrioli Anglici ſemuncia.

Evaporata ad cuticulam cryſtalliſationi committantur; cryſtalli enatae aqua abluantur.

Nota. Lixivium ab iſta cryſtalliſatione relictum iterumque ad cuticulam evaporatum & cryſtalliſationi commiſſum, novas largitur cryſtallos lamelloſas, micantes. Quae vero ultimo loco concreſcunt cryſtalli glaciales, ſalem mirabilem Glauberi, ex Acido Vitrioli & Alcali Boracis natum exhibent. Priores itaque Cryſtalli ab his ſeparandae ſunt & aqua abluendae.

SAL SODAE.

R. Sodae Hiſpanicae quantum volueris.

Solvatur in Aqua fontana; ſolutio filtrata evaporetur, cryſtalliſationi committatur & demum, quo omne eliciatur Alcali, ad ſiccitatem evaporetur.

SAL

SAL SUCCINI VOLATILIS.

Obtinetur una cum *Oleo Succini*, quod videndum.

SAL TARTARI.

Videatur Spiritus TARTARI.

SAL VOLATILIS OLEOSUS SYLVII.

Vid. SPIRITUS VOLATILIS OLEOSUS.

SAL VOLATILIS SALIS AMMONIACI SICCUS.

R. Salis Ammoniaci libram unam,
Cretae puriſſimae libras duas.
Sublimentur e retorta igne forti.

SAL URINAE ESSENTIALIS.

R. Urinae Juvenis ſani bonam partem.

Coquatur in olla ferrea ad mellis conſiſtentiam, inſpiſſata reponatur in cella, & cryſtalli cum Aqua pura eluantur.

SAPO STARKEYANUS.

R. Salis Alcali mineralis ſicci, vel Sodae depurati ſemilibram.

Fluat intenſo igne per horam, fervidumque effundatur in mortarium ferreum probe calefactum, & cum piſtillo calido in pollinem teratur. Pulveri inſtilletur confeſtim, ita ut gutta guttam excipiat

Olei Terebinthinae aetherei ſesquilibra.

Terantur in mortario vitreo donec in ſaponem coalue-

coalucrint. Mixtio perfecta cognoſcitur, ſi ab affuſa aqua oleum non ſeparatur.

SCILLA PRAEPARATA.

Radices Scillae recentes & a corticibus purgatae, ſingulae involvantur paſtae farinaceae, & in clibano coquantur. Tenerae factae, cultello ligneo ab invicem ſeparatae, in umbra ſiccentur.

SOLUTIO CORALLIORUM.

℞. Coralliorum rubrorum in pollinem tritorum libram unam.
Affundantur ſenſim
Aceti Vini deſtillati acerrimi librae quatuor.
In vaſe vitreo leniter digerantur, atque ſpatula lignea agitentur ad ſolutionem. Liquore decantato novum addatur Acetum, donec omnia ſoluta fuerint. Solutiones filtratae ad ſiccitatem evaporentur, ſub continua agitatione.

SPECIES PRO CATAPLASMATE EMOLLIENTE.

℞. Herbae Malvae,
Althaeae ana ſemilibram,
Meliloti,
Florum Sambuci ana uncias octo,
Radicum Althaeae uncias decem,
Seminis Foenugraeci,
Lini ana libras duas.
Incidantur & contundantur ſimul in pulverem groſſiuſculum.

SPE-

SPECIES PRO CATAPLASMATE AD GANGRAENAM.

℞. Herbae Scordii,
Cardui benedicti,
Rutae ana drachmas quatuordecim
Radicum Angelicae,
Leviſtici ana uncias duas,
Myrrhae ſescunciam,
Salis Ammoniaci ſemunciam.
Minutim conciſa ac contuſa miſceantur.

SPECIES PRO CUCUPHA.

℞. Ligni Aſpalathi,
Rhodii ana ſemunciam,
Herbae Baſilici,
Serpilli ana drachmas tres,
Florum Lavendulae,
Liliorum Convallium,
Rosmarini ana ſemunciam,
Storacis calamitae,
Cinnamomi,
Caryophyllorum aromaticorum ana drahmas tres.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES PRO DECOCTO ADSTRINGENTE AD GARGARISMA.

℞. Herbae Hederae terreſtris,
Salviae ana unciam unam,
Plantaginis,
Prunellae ana uncias duas,

Flo-

Florum Roſarum rubrarum,
Balauſtiorum ana drachmas ſex.
Inciſa miſceantur.

SPECIES PRO DECOCTO AVENAE LOWERI.

R. Avenae albae electae ſaepius lotae iterumque exſiccatae uncias ſex,
Ligni ſantali rubri unciam unam,
Radicum Cichorei ſylveſtris ſescunciam,
Conciſa miſceantur.

Nota. Paratur ipſum Decoctum, coquendo praeſcriptum Specierum pondus in Aquae fontanae libris duodecim, & colaturae addendo Nitri ſemunciam, Sacchari uncias duas.

SPECIES PRO DECOCTO EMOLLIENTE AD GARGARISMA.

R. Radicum Althaeae,
Liquiritiae,
Herbae Malvae,
Florum Papaveris erratici,
Sambuci ana ſeſcunciam,
Seminis Pſyllii uncias duas.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES PRO DECOCTO LIGNORUM.

R. Raſurae Ligni Guajaci uncias octo,
Saſſafras uncias quatuor,
Radicum Saponariae uncias octo,
Bardanae,

Chi-

Chinae,
Liquiritiae,
Stipitum Dulcamarae ana uncias quatuor,
Baccarum Juniperi uncias tres,
Seminis Aniſi unciam unam.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES DIAIREOS.

Specierum Diatragacanthae frigidarum,
Sacchari albiſſimi ana unciam unam,
Radicis Iridis Florentinae drachmas ſex.
Contundantur in pulverem.

SPECIES DIATRAGACANTHAE FRIGIDAE.

℞. Gummi Tragacanthae uncias duas,
Arabici drachmas decem,
Amyli ſemunciam,
Radicis Liquiritiae drachmas duas.
Miſceantur in pulverem.

Nota. Semina frigida ſub diſpenſatione demum ſunt addenda, ea proportione, ut cum Uncia una Specierum miſceantur
Seminum Papaveris albi,
quatuor frigidorum majorum ana drachma una.

SPECIES PRO ENEMATIBUS

Vid. SPECIES PRO CATAPLASMATE EMOLLIENTE.

SPE-

SPECIES PRO FOMENTATIONE, SEU DISCUTIENTES.

R. Herbae Majoranae,
Menthae criſpae,
Rutae hortenſis,
*S*alviae,
Florum Lavendulae,
Meliloti,
Baccarum Juniperi ana uncias quatuor.
Incidantur & contundantur.

SPECIES HIERAE PICRAE.

R. Aloes ſocotrinae uncias quatuor,
Radicis *S*erpentariae Virginianae,
Zingiberis ana ſemunciam.
Incidantur & contundantur in pulverem.

SPECIES PRO INFUSO PECTORALI.

R. Radicum Bardanae uncias quatuor,
Althaeae ſescunciam,
Enulae,
Liquiritiae,
Herbae Tuſſilaginis,
Veronicae ana drachmas ſex,
Florum Papaveris rhoeados,
Verbaſci,
Bellidis minoris ana drachmas duas,
*S*eminis Aniſi ſtellati ſemunciam.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPE-

SPECIES PRO MORSULIS STOMACHICIS.

℞. Cinnamomi acuti uncias duas,
Cardamomi excorticati ſemunciam,
Nucis moſchatae drachmas tres,
Galangae,
Zingiberis ana drachmas duas,
Caryophyllorum aromaticorum drachmam unam
Groſſiuſcule conciſa & contuſa miſceantur.

SPECIES RESOLVENTES EXTERNAE.

℞. Herbae Abſynthii,
Meliſſae,
Menthae,
Origani ana uncias quatuor,
Florum Chamomillae,
Sambuci ana uncias tres,
Baccarum Lauri uncias duas.
Inciſa & contuſa miſceantur.

SPECIFICUM CEPHALICUM MICHAELIS.

℞. Cinnabaris factitiae praeparatae uncias octo,
Radicis Poeoniae uncias tres,
Coralliorum rubrorum praeparatorum,
Cornu Cervi ſine igne praeparati ana unciam unam,
Succini praeparati ſemunciam,
Foliorum Auri quantum libet.
Miſceantur in pulverem tenuiſſimum.

SPIRITUS AETHEREUS.

Vid. NAPHTHA VITRIOLI.

SPIRITUS ANISI.

℞. Seminis Aniſi contuſi libram unam,
Spiritus Vini libras octo.

Macerentur per viginti quatuor horas, & e veſica igne moderato deſtilletur Spiritus.

SPIRITUS ANTISCORBUTICUS.

℞. Spiritus Tartari optimi libram unam,
Cochleariae uncias quatuor,
Olei Vitrioli concentrati unciam unam,
Miſta deſtillentur ad ſiccitatem.

SPIRITUS BEZOARDICUS.

Vid. LIQUOR CORNU CERVI SUCCINATUS.

SPIRITUS CARMINATIVUS DE TRIBUS.

℞. Spiritus Nitri fumantis unciam unam,
Vini rectificatiſſimi uncias duodecim,
Tartari uncias ſex.
Mixta deſtillentur e retorta.

SPIRITUS CERASORUM NIGRORUM.

℞. Ceraſorum nigrorum maturorum quantum volueris,

Contuſa una cum nucleis in dolio querno, addito pauxillo floris Cereviſiae loco tepido relinquantur, donec fermentando acidum aut vinoſum ſpirent

ſpirent odorem, quo facto e veſica deſtillentur, prolectusque ſpiritus rectificetur.

SPIRITUS COCHLEARIAE.

℞. Herbae Cochleariae recentis cum Floribus & ſemine libras decem,
Contuſis affundantur
Spiritus Vini non rectificati librae viginti.
In veſica per noctem macerata deſtillentur, juncturis exacte clauſis. Spiritus recenti herbae affuſus denuo deſtilletur, quod tertia vice repeti poteſt.

SPIRITUS CORNU CERVI.

Vid. Sal cornu Cervi.

SPIRITUS CORTICUM AURANTIORUM.

℞. Corticum exteriorum Aurantiorum Curaſſavienſium ſesquilibram,
Spiritus Vini rectificati libras octo,
Aquae fontanae libras duas.
E veſica lento igne deſtillentur ſpiritus librae octo, Aqua fontana diluendae ac Saccharo edulcorandae.

SPIRITUS CORTICUM CITRI.

Paratur ut *Spiritus Corticum Aurantiorum.*

SPIRITUS DIATRION RECTIFICATUS ſeu MIXTURA SIMPLEX RECTIFICATA.

℞. Spiritus theriacalis uncias decem,
Olei Vitrioli glacialis drachmas ſex,

Spiritus Tartari rectificati uncias ſex.

Per triduum digeſta, deſtillentur e retorta in balneo Arenae ad ſiccitatem.

Nota. Si unciae uni addantur Camphorae grana decem, vocatur *Mixtura ſimplex camphorata.*

SPIRITUS FORMICARUM.

R. Formicarum recentium, Menſe Junio Juliove captarum libram unam,
Spiritus Vini rectificati libras duas.

Deſtillentur e balneo maris ad ſiccitatem.

SPIRITUS FULIGINIS.

Paratur ut *Spiritus Tartari.*

SPIRITUS JUNIPERI.

R. Baccarum Juniperi recentium maturarum libras quatuor.

Conquaſſatis affundantur
Spiritus Vini non rectificati librae octo.

Poſt infuſionem per noctem fiat deſtillatio e veſica.

SPIRITUS LAVENDULAE.

R. Florum Lavendulae leniter ſiccatorum libram unam,
Spiritus Vini non rectificati libras ſex.

Per triduum digeſta deſtillentur e balneo maris ad tertias, iterumque fiat deſtillatio ſupra Florum recentium ſemilibra.

SPIRI-

SPIRITUS LAVENDULAE COMPOSITUS.

R. Florum recentium Lavendulae libras duas,
Roſmarini libram unam,
Corticum Citri exteriorum recentium uncias tres,
Spiritus Vini rectificati libras duodecim.

Deſtillentur e balneo maris ad ſiccitatem. In ſpiritu deſtillato macerentur per triduum
Cinnamomi unciae tres,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubebarum ana uncia una,
Raſurae Ligni Santali rubri unciae duae.
Colentur.

SPIRITUS LIGNI GUAJACI.

Vid. OLEUM LIGNI GUAJACI.

SPIRITUS LILIORUM CONVALLIUM.

R. Florum Liliorum Convallium recentium libram unam,
Vini generoſi libras quinque,
Spiritus Vini rectificati libram unam.

Deſtillentur e cucurbita ad dimidias. Aqua ſpirituoſa novis Floribus iterum affundi, & ad tertias abſtrahi poteſt.

SPIRITUS LUMBRICORUM TERRESTRIUM.

R. Lumbricorum terreſtrium vivorum libras quatuor.

Probe mundatis & contuſis affundantur

Spiritus Vini non rectificati librae decem.

Per biduum digeſta leni igne deſtillentur ad tertias.

SPIRITUS MATRICALIS.

℞. Maſtichis,

Myrrhae,

Thuris ana unciam unam.

Tenuiſſime terantur cum

Olei Tartari per deliquium quantitate ſufficiente;

In paſtam mollem ſubactis, ac leni calore exſiccatis addantur

Spiritus Vini rectificati librae tres.

Per triduum digeſta deſtillentur e retorta.

SPIRITUS MELISSAE.

Paratur uti *Spiritus Lavendulae.*

SPIRITUS MENTHAE.

Paratur inſtar *Spiritus Lavendulae.*

SPIRITUS MINDERERI.

℞. Salis ammoniaci volatilis quantum volueris.

Paulatim inſtilletur, ſubinde agitando

Aceti deſtillati quantum ſufficit, donec non amplius effervescant.

SPIRITUS NITRI DULCIS.

℞. Spiritus Vini rectificatiſſimi uncias viginti quatuor.

Paulatim inſtillentur

Spiritus

Spiritus Nitri fumantis unciae duae.

Per aliquot dies digeſta deſtillentur e cucurbita & deſtillatio altera vice repetatur.

SPIRITUS NITRI FUMANS.

R. Nitri ſicciſſimi in pulverem triti libras tres.

Immittatur retortae vitreae ſiccae & calefactae, atque ſuperfundantur guttatim

Olei Vitrioli concentrati librae duae.

Juncturis optime clauſis fiat deſtillatio leni arenae igne. Spiritus ſub fumorum rubicundorum ſpecie prodiens in vitro, epiſtomio vitreo munito, ſervetur.

SPIRITUS ROSARUM.

Paratur uti *Spiritus Liliorum Convallium.*

SPIRITUS RUBI IDAEI.

Paratur uti *Spiritus Ceraſorum.*

SPIRITUS SALIS AMMONIACI ANISATUS.

R. Salis Ammoniaci depurati libram unam,

Cinerum clavellatorum libras duas,

Seminis Aniſi uncias ſex,

Spiritus Vini,

Aquae fontanae ana libras quatuor.

Deſtillatione e cucurbita vitrea proliciantur Liquoris oleoſi volatilis librae quinque.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI CUM CALCE PARATUS.

R. Salis Ammoniaci depurati libras duas,

Calcis vivae recenter paratae libras duas cum dimidia,

Seorſim tritis ac mixtis, in retorta capaci loricata affundantur

Aquae fontanae librae quindecim.

Retorta manu clauſa bene agitetur; tum receptaculo amplo agglutinato, mox inſtituatur deſtillatio leni igne, ad ſex ſeptemve libras Spiritus, qui vaſe optime clauſo ſervetur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI SUCCINATUS,
vulgo *Eau de Luce.*

R. Olei Succini rectificati guttas duodecim ad ſexaginta,

Spiritus Vini rectificati unciam unam,

Salis Ammoniaci vinoſi uncias duodecim.

Igne moderato e retorta deſtillentur.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI URINOSUS ſeu AQUOSUS.

R. Salis Ammoniaci in pulverem triti libram unam,

Cinerum clavellatorum libras duas.

Mixtis in retorta vitrea affundantur

Aquae fontanae librae octo.

Leni igne deſtillentur librae tres vel quatuor, ad menſuram.

SPIRITUS SALIS AMMONIACI VINOSUS.

R. Salis Ammoniaci in pulverem triti ſemilibram

Tartari libram unam.

Mixtis in cucurbita vitrea affundantur

Spi-

Spiritus Vini non rectificati librae quatuor.
Leni igne ex arena deſtillentur librae duae ad menſuram.

SPIRITUS SALIS COMMUNIS CONCENTRATUS ſeu GLAUBERI.

℞. Salis communis in pulverem redacti libras duas. Retortae vitreae tubulatae immiſſis paullatim affundatur

Olei Vitrioli Anglici libra una.

Adaptetur vas recipiens ſpiritu ſalis intus humectatum, atque juncturis optime clauſis leni arenae igne deſtilletur ſpiritus ſub fumorum ſpecie prodiens, qui nova deſtillatione rectificari poteſt.

Nota. E Reſiduo paratur *Sal mirabilis Glauberi.*

SPIRITUS SALIS DULCIS.

℞. Spiritus Vini rectificatiſſimi uncias duodecim.
Phialae capaci immiſſis paulatim affundatur

Spiritus Salis concentrati uncia una.

Per aliquot dies in vaſe bene clauſo digeſta, deſtillationi ex arena ſubjiciantur, quinquies repetendae.

SPIRITUS SAMBUCI FLORUM.

Paratur ut *Spiritus Liliorum Convallium.*

SPIRITUS SERPILLI.

Paratur inſtar *Spiritus Lavendulae.*

SPIRITUS SULPHURIS.

Hujus locum ſupplet SPIRITUS VITRIOLI.

SPIRITUS TARTARI.

R. Tartari rubri depurati quantum ſufficit ad repletionem retortae terreae ad duas tertias.

Recipiente amplo adaptato leni igne deſtilletur phlegma. Quam primum vero prodeunt nubeculae albae, mutato recipiente, juncturis probe clauſis, ſumma ignis vi urgeantur ſpiritus & Oleum, ope vitri ſeparatorii a ſe invicem ſeparanda, atque ſeorſim e cucurbita deſtillanda. Oleum cum Aqua eſt rectificandum. Maſſa poſt deſtillationem ſuperſtes calcinata exhibet *Salem Tartari.*

SPIRITUS, ſeu OLEUM TEREBINTHINAE.

R. Terebinthinae clarae libras duodecim.

In veſica cuprea affundantur

Aquae fontanae librae quadraginta octo.

Inſtituatur deſtillatio, oleumque aethereum ab aqua ſeparetur.

Nota. Reſiduum in veſica exhibet TEREBINTHINAM COCTAM, quae lento igne absque Aqua cocta vocatur COLOPHONIUM.

SPIRITUS THERIACALIS.

R. Radicum Angelicae,
Imperatoriae,
Serpentariae Virginianæ,
Zedoariae ana unciam unam,

Herbae

Herbae ſcordii uncias duas,
Corticum Citri,
Baccarum Juniperi,
Myrrhae rubrae ana unciam unam,
Croci orientalis ſemunciam.
Conciſa & contuſa infundantur
Spiritus Vini non rectificati libris ſeptem.
Digerantur per triduum & leni igne deſtillentur librae quatuor.

Nota. Addendo unciae uni Camphorae ſcrupulum unum, paratur SPIRITUS THERIACALIS CAMPHORATUS.

SPIRITUS VINI CAMPHORATUS.

℞. Spiritus Vini rectificati libras duas,
Camphorae uncias duas.
Solvantur.

Nota. Si hujus Spiritus librae uni addatur Eſſentiae Croci uncia una, vocatur SPIRITUS VINI CAMPHORATUS CROCATUS.

SPIRITUS VINI RECTIFICATUS.

Spiritus Vini e veſica cuprea per alembicum ſtanneum deſtilletur, donec phlegma quaſi lacteſcens prodierit. Deſtillatio cum tertia parte Aquae repeti poteſt.

SPIRITUS VINI RECTIFICATISSIMUS.

Spiritus Vini rectificatus leni igne abſtrahatur ad dimidias.

SPIRITUS VITRIOLI.

℞. Olei Vitrioli glacialis partem unam,

Aquae

Aquae ſimplicis partes ſex, vel octo,
Miſceantur.
Videatur *Oleum Vitrioli*.

SPIRITUS VITRIOLI DULCIS.

Vid. *Liquor anodynus mineralis.*

SPIRITUS vulgo SAL VOLATILIS OLEOSUS SYLVII.

R. Cinnamomi acuti uncias quatuor,
Nucum moſchatarum,
Radicum Galangae,
Angelicae,
Calami aromatici,
Valerianae ana unciam unam,
Coſti odorati,
Caryophyllorum aromaticorum,
Cubebarum,
Zingiberis
Granorum Paradiſi,
Cardamomi minoris,
Seminum Coriandri,
Foeniculi ana ſemunciam,
Conciſis ac contuſis affundantur
Spiritus Vini rectificatiſſimi librae octo.
Per triduum digeſtis addantur
Spiritus ſalis ammoniaci cum calce viva parati librae quatuor,
Leni igne deſtillentur ad libras octo.

SPONGIA PRAEPARATA.

Spongia tenuis exſiccata ac repurgata Cerae flavae

flavae liquefactae immergatur ac fortiter exprimatur.

STANNI AMALGAMA.

℞. Raſurae ſtanni puriſſimi uncias duas,
Mercurii puriſſimi drachmas tres.
In mortario lapideo terantur in pulverem.

STANNUM PULVERATUM.

Stannum Anglicum puriſſimum liquefactum, effundatur in pyxidem ligneam intus crenatam, atque celeri ſuccuſſione redigatur, quantum poteſt, in pulverem. Reliquum iterum fuſum eodem modo in pulverem mutetur.

SUCCINI PRAEPARATIO.

Succinum ablutum iterumque exſiccatum & tritum, affuſo pauxillo Aquae, ſuper porphyrii tem in pollinem tenuiſſimum teratur & exſiccetur.

*SUCCI SCORBUTICI.

℞. Succi Cochleariae hortenſis partes duas.
Beccabungae.
Naſturtii aquatici,
Taraxaci,
Aurantiorum ana partem unam.
Miſceantur, & faecibus ſubſidentibus decantentur.

SUCCUS AURANTIORUM.

Ex Aurantiis recentibus exprimatur ſuccus, atque defaecatus ſervetur in Vitro anguſtioris colli,

li, affuſo Olei Olivarum pauxillo veſica muniendo.

Eodem modo ſervantur;

Succus Citri.

Cydoniorum, &c.

SUCCUS LIQUIRITIAE DEPURATUS.

Succus Liquiritiae Hiſpanicus in fruſtula diſſectus & Aqua tepida ſolutus, per pannum coletur. Faecibus ſubſidentibus liquor decantetur, ac leni calore inſpiſſetur.

SULPHUR AURATUM ANTIMONII TERTIAE PRAECIPITATIONIS.

℞. Reſidui a Tinctura Antimonii tartariſata vel ſcoriarum Reguli Antimonii ſimplicis, quantum volueris.

In pulverem trito addatur

Aquae fontanae octuplum.

Poſtquam ſatis diu cocta fuerint, ſolutioni ex flavo rubrae filtratae inſtilletur in vaſe vitreo Acetum deſtillatum. Sulphur praecipitatum ope chartae bibulae ſeparetur. Lixivio iterum affundatur Acetum, iterumque ſeparetur ſulphur aurantii coloris. Tertia demum vice multum addatur lixivio Aceti, pulviſque excuſſus tenuiſſimus, coloris aurantii minus ſaturati, probe abluatur, donec foetorem depoſuerit.

SUPPOSITORIUM USUALE.

℞. Specierum Hierae picrae unciam unam,

Seminum Colocynthidis drachmas duas,

Salis

Salis communis drachmas ſex,
Farinae Frumenti uncias quatuor,
Saponis albi uncias tres,
Mellis quantum ſufficit
ut fiat paſta, ex qua formentur ſuppoſitoria.

SYRUPI.

CANONES.

I. QUOD Syrupis non coctis admiſcetur ſaccharum, puriſſimum ſit. Coquatur primum ad Tabellati conſiſtentiam & clarefactum cum Ovi Albumine deſpumetur.

II. SYRUPI acidi, aut e ſuccis fructuum parati, non committantur vaſis cupreis, niſi ſtanno probe obductis.

SYRUPUS ABSYNTHII.

℞. Summitatum recentium Abſynthii junioris libram unam.
Inciſa infundantur
Aquae fontanae ſesquilibrae.
Sub praelo ſtanneo exprimantur ac colentur.
Colaturae unciis duodecim addantur
Sacchari albi unciae viginti.
Una aut altera ebullitione ſolvantur & fiat Syrupus.

SYRUPUS ACETOSITATIS CITRI.

℞. Succi Citri depurati & filtrati uncias decem,
Sacchari albiſſimi uncias viginti.
Mixta poſt unam alteramve ebullitionem in vaſe ſtanneo colentur.

SY-

SYRUPUS DE ALTHAEA.

R. Radicis Althaeae uncias tres,
Aquae fontanae libras ſex.
Coquantur ad tertiae partis conſumtionem, ſub finem addendo
Radicis Liquiritiae unciam unam,
Herbae Capillorum Veneris ſescunciam.
Colaturae ſubſidentia depuratae addantur
Sacchari albi librae ſex;
Coquantur leni igne ſub continua agitatione, donec fiat Syrupus.

SYRUPUS DE AMMONIACO.

R. Gummi Ammoniaci electi uncias duas,
Vini albi uncias decem.
Solutis admiſceantur
Sacchari albi ad conſiſtentiam tabulati cocti unciae ſedecim.
Agitentur donec refriguerint.

SYRUPUS AMYGDALINUS.

R. Amygdalarum dulcium excorticatarum uncias octo,
Aquae Roſarum uncias ſedecim,
Naphthae unciam unam.
Emulſionis inde factae unciis duodecim addantur
Sacchari albiſſimi ad tabulati ſpiſſitudinem cocti librae duae.
Miſceantur in Syrupum.

SYRUPUS AURANTIORUM CORTICUM.

R. Flavedinis Aurantiorum recentiorum conciſae uncias octo,

Aquae fontanae ferventis libras duas.

Infundantur vaſe clauſo per ſex horas in balneo maris. Colaturae addantur

Sacchari albi librae quatuor.

Miſceantur in Syrupum.

SYRUPUS BERBERUM.

Paratur uti *Syrupus Acetoſitatis Citri.*

SYRUPUS CAPILLORUM VENERIS.

℞. Herbae Capillorum Veneris inciſae uncias ſex,

Aquae ferventis libras ſeptem.

Per noctem digeſta leniter ebulliant ad quartae partis conſumtionem. Colaturae clarificatae addantur

Sacchari albi librae tres cum dimidia.

Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam addendo demum

Aquae Naphae uncias tres.

SYRUPUS CERASORUM ACIDORUM.

Paratur uti *Syrupus Acetoſitatis Citri.*

SYRUPUS E CHAMOMILLA.

℞. Florum Chamomillae vulgaris recentium,

Aquae ferventis ana libram unam.

In vaſe probe clauſo per duodecim horas infuſa exprimantur, ac iterum eadem Florum Chamomillae quantitate infundantur, iterumque expreſſa clarificentur. Hujus infuſi unciis novem addantur

Sacchari albi unciae ſedecim.

Coquantur in ſyrupum.

SYRUPUS E CICHOREO CUM RHEO.

℞. Radicum Cichorei uncias quinque,
Aquae fontanae libras tres.
Ad tertiae partis conſumtionem coctis addantur
Rhei minutim conciſi unciae duae.
Ebulliant leni igne. Expreſſis immiſceantur
Sacchari albi librae duae.
Clarificato ac colato ſyrupo addantur
Aquae Cinnamomi vinoſae unciae duae.

SYRUPUS CINNAMOMI.

℞. Cinnamomi optimi craſſiuſcule contuſi uncias quinque,
Aquae Cinnamomi vinoſae optimae libras duas,
Roſarum odoratiſſimae uncias duas.
In cucurbita vitrea probe obturata per viginti quatuor horas in loco calido digeſtis, addantur
Sacchari albi clarificati, ad tabulati conſiſtentiam cocti librae tres cum unciis quatuor.
Miſceantur in ſyrupum.

SYRUPUS COMMUNIS, ſeu SACCHARUM CLARIFICATUM.

℞. Sacchari albi,
Aquae fontanae ana partes aequales.
Coquantur in ſyrupum.

SYRUPUS CYDONIORUM.

